

20

Pr. 29. num. 10. J. H. 10.

DISSERTATIO IURIDICA.

DE

1732, 8^a

VSV HODIERN
PATRIAЕ POTESTATIS
ROMANAЕ
IN FORIS GERMANIAE

SPECIATIM

HAMBVRGENSI

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV

D. XI. IAN. AN. c 15 17cc XXXII.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI
S V B M I T T I T

P R A E S I D E

D. FERDINAND. AVGVST.
HOMMEL.

SCAB. ELECT. ASSESS.

A. E. T. R.

LVCAS ANDREAS VON BOSTELL
HAMBVRGENSIS.

LIPSIAE,

LITTERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMIL.

KONFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE



V I R O
SVMME VENERANDO CELEBERRIMO
DOCTISSIMO QVE
IOANNI ALBERTO
FABRICIO

SS. THEOL. DOCTORI ET IN GYMNASIO
HAMB. PROF. PHILOS. MORAL. ET ORATO-
RIA E MERITISSIMO

N E C N O N
V I R O
PRAENOBILISSIMO, DOCTISSIMO ET
CELEBERRIMO

MICHAELI RICHEY

IN EODEM GYMNASIO HAMBVRGENSI
HISTOR. ET GRAEC. LING. PROFESS. INSI-
GNITER MERITO

DOCTORIBVS QVONDAM SVIS
AETERNV M VENERANDIS

HANC DISSERTATIONEM

D. D.

LVCAS ANDREAS von BOSTELL.



Voties animum
meum subiit pa-
triae dulcis me-
moria, VESTRAE
simul imagines, VIRI PRAE-
CLARISSIMI, oculis meis sem-
per obuersatae sunt. Si qua enim
mihi Hamburgi felicitas contigit,
illam certe in praecipuis pono, quod
ad Musas VESTRAS penitus in-
tromissus, VESTRO fauore VE-
STRA-

STRaque consuetudine p^{rae} aliis
ut ifrui mibi licuerit. Non sine
summa voluptate memini iucundis-
simi temporis, quo ab ore VESTRO
pependi, et honori mibi duco, fateri
publice, quantulumcunque est in me
humanioris eruditionis, eius maxi-
mam partem, ne dicam omnem,
VOBIS a me deberi. Nunquam
autem, quantum ex **VOBIS** profe-
cerim, et quam insignis elegan-
tum litterarum, cuius **VOS** promi-
-
condi

condi estis, sit utilitas, ipse mihi ve-
rior factus sum testis, quam quum
ipse scribendis his pagellis manum
admonui. Quum igitur nihil ma-
gis mihi in votis sit, quam ut obse-
quii mei et reuerentiae VOS fa-
ciam certiores, ne moleste feratis,
quaeso, VIRI SVMME VE-
NERANDI, opellam hanc no-
minibus VESTRIS a me inscri-
bi. Non est, quod minimam me-
ritorum VESTRORVM partem

char-

chartaceo hoc et nullius pretii mu-
nisculo compensare velim: (sem-
per enim risi illos, qui libellorum
suorum dedicatione aut magnam
gratiam mereri, aut beneficia refer-
re volunt) sed ut redderem VOBIS,
quod ex magna parte VESTRUM
est, et ut sciretis, quanta apud me
sit VESTRI veneratio. Hanc ego
animo meo elabi nunquam patiar,
sed precabor Deum, ut, quemad-
modum sera posteritas nomina


TYPUS

VE-

VESTRA et famam semper suspi-
ciet, ita nunc sitis quam diutissi-
me viuum urbis VESTRAE
et litterati orbis decus. Valete.
Dabam Lipsiae IV. Id. Ianuar.
cl Icc XXXII.



CAPVT



CAPV'T I.
DE
PATRIA POTESTATE
ROMANORVM NATVRALI.

I.



Mnem , quae a ratione suscipitur, demonstrationem a definitione necessario proficisci debere, CICERO ait *Lib. 1. de Offic. C 1.* et fanioris Philosophiae principia edocent : quamobrem et ad patriae potestatis tractationem nos accingentes, merito a definitione eiusdem capimus initium. Est vero patria potestas generali acceptione complexus iurum et obligationum, quae adscendentes et descendentes inter se habent. Speciali vero in significatu et proprio loquendo, denotat omneius adscendentium in liberos. Quam posteriorem acce-

A ptionem

2 CAP. I. DE PATRIA POTESTATE

ptionem praesenti Dissertatione amplectimur, de solo parentum iure citra respectum ad ea, quae de iure liberorum a quibusdam hic loci disputantur, in praesentium acturi.

II.

Definitionem excipit diuisio. Diuiditur autem potestas Romanorum patria in ciuilem et naturalem. Ad naturalem referimus, quae ex naturali quidem oriuntur acquirate, qua liberi parentibus obstringantur, ius Ciuale tamen determinauit, confirmauit, auxit. Ad ciuilem vero, quae ex sola dispositione legum Ciuilium Romanarum dependent. Prioris generis sunt, quod parentes a liberis sine impetrata venia in ius vocari non potuerint *L. 3. C. de in ius voc.* quod liberi teneantur curam habere parentum furiosorum, sub poena exhaerationis *L. 1. et 4. D. de Curat. furiof. Nou. 115. C. 3. §. 12.* Posterioris vero, quod licuerit patri vendere liberos *DIONYS. HALICARN. L. 2. Antiq. Rom. Cap. 27.* quod habuerit in eos vitae necisque potestatem *L. f. C. de Patr. pot. L. n. D. de lib. et posthum.* quod eos sanguinolentos exponere atque necare potuerit *L. 1. Cod. Theod. de Expos.* et id genus alia. Diuersitas inter vtramque hanc patriae potestatis speciem inter alia haec intercedit, quod Naturalis particeps vnuquisque sit parentum, Ciulis vero ad solum Patremfamilias restringatur, quod illa a iure naturae ultimato dependeat, haec a solo ciuili iure proficiscatur, cum naturali autem non solum commercii nil habeat, sed eidem potius in nonnullis contraria sit etc. Ut autem de vsu hodierno patriae potestatis Romanae in Germania eo distinctius fieri possit iudicium, non abs re fore arbitramur, si antea de ipsa patria potestate, quae olim Romanis competebat, eiusque effectibus curatus paulo despiciamus, cumque haec per ea, quae modo tradita sunt, duplicitis deprehendatur generis, naturalis scil. et ciuilis, tribus potissimum praefens tractatio constabit capitibus. **PRIMVM** sifter effectus patriae potestatis naturalis. **SECUNDVM** exhibebit effectus patriae potestatis mere ciuilis. **TERTIVM**

ROMANORVM NATVRALI.

3

TIVM denique, qui ex memoratis hodie vsu seruentur, quive
ab eo recesserint, exponet. Faxit D E V S feliciter!

III.

De patria igitur potestate naturali, quatenus nimirum
praecepta naturae legibus Romanis comprobantur, aut de-
terminantur, ut dicendi fiat initium, instituti exigit ratio.
Vt vero hic quoque a capire, quod aiunt, rem exordiamur,
ab inicio statim definitionem tractationi praemittimus. Est
vero patria potestas naturalis ius adscendentibus in liberos
procreationis intuitu competens, ortum ex iure naturali,
determinationem tamen ex iure ciuili recipiens. Procrea-
tionem ac generationem cum Grotio fundamenti loco po-
nimus huius patriae potestatis; hic an non potius cum
Hobbesio ius victoriae, vel cum Pufendorffio alimentatio-
nem illius loco substituere expediat, operiosius disquirere
nimis prolixum foret. vid. interim G R O T I V S de iure belli
et pac. L. 2. C. 5. §. 1. S T R Y K . duplixi Dissert. de iure reueren-
tiae, et B. THOMASIVS Dissert. de vsu iuris paterni Roma-
norum secundum mores Germaniae C. 1. §. 2. seqq. Alia nos
intentio auocat.

IV.

Scilicet ad explicandos effectus huius patriae potesta-
tis, quatenus iure Romano comprobantur et determinan-
tur, pro instituti ratione proprio. Et primo quidem de-
bent parentes liberos suos, quorum vitae causa sunt, su-
stentare, alere, et bene pro facultatibus suis educare, L. 1.
§. 15. D. L. penult. de agnasc. et alend. liber. Conf. I O H A N N E S
E I C H E L I V S F R A N C V S Libro uno de iure, quo naturaliter
liberi atque parentes sibi iniucem sunt obstristi, §. 28. ne libe-
ros patriae et Reipublicae oneri, sed eius potius commodo
et que utilitate genuisse censeantur. Exin ergo fluit primus
huius patriae potestatis effectus, quem Romani legibus suis
comprobarunt, quod, cum liberi a parentibus non solum
sint nati, verum et ab iis alantur, imo bene educari debeant;
iisdem quoque obligentur ad praestandam obedientiam et

A 2

reue-

CAP. I. DE PATRIA POTESTATE

reuerentiam L. 2. D de Iust. et Iur. L. 5. C de Patr. Pot. Cum sine ipsis parentes officio suo perfungi liberosque bene educare non valeant.

§. V.

Atque huius reuerentiae, parentibus debitate, vnum consularium est, quod parentes sine impetrata venia in ius vocare leges Romanae prohibuerint. §. 12. I. de Att. L. 4 D. L. 3 C de ius vocat. Scilicet longe diuersa ac quidem hodie apud priscos Romanos obtinebat in ius vocandi ratio. Non enim reus praevia iudicis imploratione per nuncium publica auctoritate citabatur, sed quilibet priuatim e templo aduersarium suum vbiunque eum deprehenderit, praetore sedente etiam obtorto collo in ius rapere iure suo poterat. L. I. D. in ius vocat. ut eant. Postquam enim quis aduersarium suum obuiam, vt se in ius sequeretur, admonuisset, hac forte formula: IN IVS EAMVS, IN IVS VENI, IN IVS AMBVLA, SEQVERE AD TRIBVNAL. BARN. BRISSON. de formulis p. 366. atque si frustraretur aut moraretur, iis, qui proximi adstabant, denunciasset testimonium, iis adclamans: LICET ANTESTARI? hisque aduenientibus auriculam eorum memoriae causa tetigisset, actor reum tergiuersantem quoconque modo, etiam obtorto collo, immo aegrotum et senectute pene confectum iumento impositum ad Tribunal rapere poterat. GELL. Noct. Att. XX. i. Ita enim legibus XII. Tab. cautum fuisse legimus: SIN IVS VOCATQVEAT. NIL ANTESTAMINO. IGITVR EM CAPITO. SI CALVITVR, PEDEMVE STRVIT. MANVM ENDO IACITO. SI MORBVS AETASVE VITIVM ESCIT, QVIN IVS VOCABIT IVMENTIVM DATO: SI NOLET ARCERAM NE STERNITO. vid. GRAVIN. Tab. I. p. 273. Hic ergo processus tumultarius cum eos, quibus debebatur reuerentia, ut Patronos atque parentes nimium fugillaret, praeprimis quando ob caulas forte non satis graues in ius ita raperentur, eorum venerationi bene prospexerunt edictis suis Praetores Romani, parentesque ac Patronos in ius vocari sub poena L. aureo-

aureorum prohibuerunt, nisi a Praetore impetrata venia, quo, vtrum ex causa fatis graui vocandi, vtrum famosa sit actio, etc. ante iudicari queat. Conf. L. 10. §. 12. D. de ius voc.

VI.

Alterum paternae reuerentiae consequens est, quod liberi aduersus parentes actionibus famosis, aut quae alias famam rei fugillant expetiri, L. u. §. 1. D. de dol. mal. vel exceptionem doli ipsis opponere, L. 4. §. 16. de dol. mal. except. vel denique ex capite doli restitutionem contra eos petere, L. 2. *Qui et aduers. legibus Romanis prohibeantur; sed ubique detracta mentione doli verbis in factum temperatis, actionem in factum instituere obligentur.*

VII.

In specie quoque querelam inofficiosi contra testamento parentum mouere liberi prohibentur pr. I. de inoff. test. ne, cum querelae fundamentum sit iniustitia et impietas testatoris, insolenter laedant reuerentiam memoriae paternae, nisi sub colore insaniae, quem ICti Romani suis interpretationibus huic querelae praetexerunt, mollius minusque impium aut reuerentiae paternae contrarium rati, infortunii potius, quasi casu et morbo mentis alienationem sint passi, quam iniustitiae et impietatis, quasi naturalem exuerint erga liberos affectum atque *sororin*, parentes arguere. Conf. Disser. DN. PRAESIDIS inaug. de Victoria querelae inofficiosi tertio proscua, §. 8.

VIII.

Secundus effectus patriae potestatis naturalis est, quod parentibus competit ius liberos suos moderate coercendi ac castigandi. Parentes namque obligantur ad liberos suos bene educandos, ut utilia reipublicae membra aliquando euadant, vid. supra §. 4. Huius autem consequens est, ut habeant quoque legitima media, quibus liberos etiam reluctantes, ut voluntati suae obtemperent, possint

6 CAP. I. DE PATRIA POTESTATE

compellere. Parentes igitur hac ratione liberos suos intra priuatos carceres recte detinent, ergastulo includunt, immo minores eorum controversias priuatum diximunt. *Corf. L. 3. C. de patr. pot.* Modo omnia haec fiant modice, ac moderate, cum patria potestas in pietate non in atrocitate debeat consistere. *Iuxta L. 5. D. ad legem Pompei. de parricidio.*

IX.

*Porro vi huius patriae potestatis tenentur liberi parentes, quibus ipsis vitam et educationem debent, si egeni sint, alere, ipsisque de necessariis vitae, dum possunt, prospicere. Quae obligatio iure Romano eo usque extensa fuit, ut etiam parentibus delinquentibus et ob delictum relegatis debeatur, L. 73. s. 1. D. de Iur. Dot. Cum licet legum contentores et impii sint, parentes tamen sint, Nou. 12. C. 2. Desuper haec alimentatio in tantum est priuilegiata, ut cum regulariter dos constante matrimonio non repetatur, L. vnic. C. si dos constant. matr. solo. ad aleandos tamen parentes etiam durante coniugio repeti queat. L. 73. s. 2. D. de Iur. Dot. Quemadmodum autem ab initio Sphi monimus, parentibus saltem egenis liberi ita obligantur. Si-
cuti enim parentes ad liberos aleandos non amplius, quam in subsidium tenentur, et quamdiu ipsis vitae sufficiacula quaerere sibi non possunt; ita et vicissim liberorum haec ad aleandos parentes subsidiaria saltim est obligatio, nee ultra casum, si parentes ipsis non habeant, de quo vivant, extendi potest.*

X.

Non solum autem ut egenorum, sed multo magis, ut furiosorum parentum curam habeant liberi obstringuntur. vid. L. 1. s. 1. L. 4. de Curat. furios. Cum enim parentes pariendo et educando liberos, nullos labores, nullam curam sustinere dubitauerint; liberi vicissim gratitudinis lege parentum, qui ipsis rebus suis superesse non possunt, curam ut habeant, obligantur. Quod naturalis iuris praeceptum leges Romanae desuper poenali sanctione munierunt,



ROMANORVM NATVRALL

runt, permittendo parentibus a furore resipiscentibus, liberos eos, a quibus furiosi pessime negligebantur, testamento penitus exhaeredare in poenam praefractae eorum negligentiae. *Nou. iij. C. 3. §. 12.*

XI.

Eadem quoque gratitudinis lex liberis necessitatem imponit, parentes e carcere liberandi. Quibus enim ipsi vitam debemus, eorum quoque vitam ac libertatem, ut tueamur et promoueamus, naturalia iura sancte nos obligant. Recepta autem et haec naturalis iuris sanctio fuit a legibus Romanis, ita ut ob eius neglectum itidem parentibus iusta liberos exhaeredandi causa data sit in *Nou. iij. C. 3. §. 12.*

XII.

Denique post fata etiam ut certam portionem parentibus relinquant, liberi naturali aequitate admonentur. Conf. EICHELIVS cit. lib. uno de iure quo natur. lib. aique parent. sibi iniicem sunt obstricti. §. 28. B. THOMAS. cit. Disput. D^r vsu iuris patern. Romanorum etc. Cap. I. §. 15. Quae portio iure ciuili legitimae nomine venit, et determinata est ad partem regulariter tertiam adfcendentibus proximioribus si deficiente descendantibus titulo institutionis honorabili relinquendam, vid. *Nou. iij. C. 1.* Evidem de liberis saltim dicit PAVLVS in L. 7. pr. D. de bon. damn. reuelam rationem quasi legem quandam tacitam eis parentum haereditatem addicere, veluti ad debitam eos successionem vocando. Immo liberos naturae simul et parentum commune votum ad haereditatem admittere, parentibus autem non sic liberorum, ut liberis parentum deberi haereditatem PAPI-
NI ANVS ait in L. 7. §. 1. D. si tab. test. nullae extab. At enim vero quamvis omnis legitima prouti LL. ciuilibus determinatur, iuris naturae praeceptum non sit: tamen parentibus egenis, quibus et viui alimenta debemus, de qua se exhibeant, etiam post fata relinquere portionem, naturalis praecepit ratio, immo deficientibus liberis, (quibus hic arctiori obstringimur vinculo) parentibus quoque non ege-

egenis prae aliis post obitum relinquere bona, quibus ipse amplius non indigemus, eadem ratio suadere videtur, prout bene agnoscunt. Imp. IVSTIN. in Nou. 1. in praefat. §. 2. et PONTIFEX in Cap. I. de testam. in 6to.

XIII.

¹¹³³ Enumerandi reliqui nunc essent patriae potestatis naturalis effectus; Sed praecipuos hic attigisse sufficiat, prae-primis cum eos saltim, qui iure ciuili expresse recepti ac vterius determinati sunt, tradere propofiti postulet ratio. Restat potius, vt de natura huius potestatis, et quatenus a potestate mere ciuili diuersa est, pauca adhuc edissemus. Et initio quidem cum procreatio omnibus parentibus communis sit, haecce potestas quoque omnibus hominibus in liberos suos competit. Non ergo Romanis ciuibus aut patribus saltim est propria; sed omnibus etiam peregrinis, nec patri solum, sed quoque matri communis est. Ita ad ius reuerentiale quod attinet, Praetor filios cogere dicitur in L. 4. 6. de patr. pot. ad exhibendam matri quoque obedientiam et reuerentiam. Porro et in specie ea, quea de in ius vocando § V. disserimus, de vtriusque sexus parentibus accipienda esse docet VLPIANVS in L. 4. §. 2. D. de in ius voc. vt adeo mater non minus, quam ipse pater sine impetrata venia in ius vocari haud possit. L. 5. §. 6. D. L. 3. c. de in ius voc. Ad alendum non patrem solum, sed matrem quoque in subsidium liberi teneantur, per L. 5. §. 2. de agn. et al. lib. Et denique etiam matris furiosae curam habere, sub exhaeredationis poena obligentur liberi per Nou. 115. c. 3. §. 12. Cum pietas parentibus aequa debeatur, L. 4. D. de Cur. fur. Conf. LYNCKER de matris potestate in liberos. B. THOMAS. disp. de ysu iuris patern. Rom. C. 1. §. 8. Dissentit HOBES. in Traet. de cive C. 9. §. 2. qui soli matri, et HORN. de ciuit. L. 1. C. 2. §. 2. qui patri soli potestatem in liberos tribuit.

XIV.

Eadem ex ratione competit haec potestas vteriorum quoque graduum adscendentibus, nec patri solum, sed auo quoque

quoque, proauo et sic porro vsque in infinitum. Hi enim quoque generasse nos censendi sunt, et quamuis non causa sint proxima, sunt tamen remota, siveque mediate certe ad nostram procreationem aliquid contulerunt. Cuius porro consequens est, quod cum remotiores causa nostrae procreationis sint remotior, proximiores proximior, his etiam maior semper p[re]ae illis debeatur reuerentia et obedientia, ita vt iussus patris p[re]ferendus semper aui, aui voluntas proaui, siveque porro. Hanc naturalis potestatis vniuersalitatem agnoverunt quoque leges ciuiles, omnibus quorumcunque graduum adscendentibus reuerentiam, amorem ac obedientiam exhibendam praecipientes. Sic v. g. omnes etiam v[er]teriorum graduum adscendentibus sine imperata venia in ius vocari non possunt L. 4. §. 2. D. de in ius voc. parentes egeni, cuiuscunque demum sint gradus, in subsidium sunt alendi, L. 5. §. 2. de agn. et alend. lib. et id genus alia.

XV.

Dein non legitimi solum, sed etiam naturales parentes iure hoc patrio gaudent, cum hi non minus ac illi ad vitam atque procreationem nostram contulerint. Hocque naturale dictamen Romani itidem legibus suis comprobasse, praeprimis exemplo in ius vocationis videre est, non enim mater solum in ius vocari non potest a spurio L. 4. §. 3. D. de in ius voc. ob rationem, L. 5. eod. sed nec pater quidem a filio naturali, vid. L. 6. D. de in ius voc. conf. BRVN-
NEM. ad cit. L. 6. nec non ad L. 3. C. eod. n. 10.

XVI.

Denique et immutabile hoc, quod natura competit, parentum imperium est, nec vlla vel emancipatione vel dignitate etc. soluitur, quamuis dissentiat EICHELIVS cit. Lib. uno de iure, quo naturaliter liberi et parentes sibi iniucem sunt obstricti, §. 40. Nunquam enim obligati esse definitius iis, quibus vitam et cum hac omnia debemus, iisque reuerentiam et obedientiam exhibere nunquam non tenemur. Vnde emancipati quoque parentes egenos alere obligantur

B

tur

10 CAP. II. DE PATRIA POTESTATE

tur in L.5. §. 1. D. de agn. et al. lib. In ius autem vocare prohibentur L.3. C. de in ius voc. et quae sunt eius generis alia. Nullis igitur modis, quibus alias potestatem parentum ciuilem cessare compertum habemus, hoc, quod a natura est, imperium finitur, nisi sola, quae omnia soluit, morte. Natura enim nemo, dum viuit, pater esse definit. L.34. D. de Adopt.

CAPVT II. DE PATRIA POTESTATE ROMANORVM CIVILI.

XVII.

VIdimus, qualis natura nobis in liberos nostros competit potestas: videndum quoque, quallem praeter hanc proprio motu introduxit ius Romanum. Deprehendimus autem de iure Ciuiili patribus competuisse plenariam potestatem in personam liberorum, et omnia eorum bona, ut adeo definiri haec ciuilis Romanorum potestas non incongrue possit, quod sit plenarium ius Ciuibus Romanis §. 2. I. de patr. pot. in personas L. 2. D. de R. N. L. vlt. C. de Patr. pot. c. res L.3. C. de patr. pot. liberorum ab ipsis eorumque liberis masculini sexus §. 3. I. de patr. pot. L.196. §. 1. D. de V. S. legitimate pr. I. de patr. pot. descendantium competens. Ciuilem dico hanc potestatem, quia cum iure naturali nil prorsus commercii habet, et ex solo ciuili iure ortum dicit, ad distinctionem naturalis, quae licet determinaciones quasdam e iure ciuili recipiat, radicaliter tamen iuris naturae est. Romanam appello, quia Romanis potissimum propria, horumque ex legibus orta est. Evidem et alias leges ciuilem aliquam, praeter eam, quae a natura est, in liberos potestatem parentibus concessisse non diffitemur. De priscis enim Gallis, quod in vxores pariter ac liberos vitae necisque potestatem habuerint refert IVL. CAES. in bell. Gall. L. 6. c. 19. Similiter de Persis, quod magnam olim in liberos suos habuerint potestatem, iisque tanquam feruis

seruis vni sint, memorat ARISTOTELES Erb. L. 8. c. 10. Immo ipsos maiores nostros ciuilem aliquam in liberos potestatem habuisse ex LANDR. Lib. 2. art. 19. et Iur. Bauar. tit. 3. alisque locis probabile est, quibus emancipationis, modi patriam potestatem soluendi solo ciuili iuri proprii, mentionem fieri deprehendimus. At enim vero, vtur unum alterumue vestigium in his vel illis legibus reperiatur Imperio Parentum Romanorum non absimile, ipsam tamen Romaniam hanc potestatem per omnia iisdem communem esse propterea dici non potest; sed illa quam paragrapho hoc definitius patria potestas solo Romano iuri propria est, et nullos alios esse homines, qui tales in liberos habent potestatem, qualis Romani, recte ait Imperator §. 2. *I. de patr. pot.* Aet forte Graecam potius hanc potestatem, quam Romanam, appellandam esse dixeris, quippe quae ex legibus Graecis oriunda, eam enim introductam esse legibus XII. Tab. testis est VLPIANVS in fragm. tit. X. §. 1. Has autem ex Graecorum legibus esse compilatas, constat inter alia ex LIVIO L. 3. c. 31. seqq. et DIONYS. HALIC. Lib. 2. c. 28. At enim vero, non omne, quod in legibus XII. Tab. deprehendimus, origine Graecum est. Constat, Decemviro in condendis XII. Tab. Leges Graecas non per omnia fuisse sequitos, sed multa ipsis ex legibus Patriis, plurima etiam de suo propria auctoritate admisuisse. Conf. Illustr. THOMAS. in Naeu. *Iurisprudentia Rom. Ante-Iustin.* L. 1. c. 2. naeu. 3. seqq. Patriam ergo potestatem Romanorum ciuilem quoque iamdudum ante XII. Tab. leges et primis Romuli temporibus obtinuisse, testis est DIONYSIUS HALIC. Lib. 2. *Antiqu. Rom.* c. 27. 28. Vbi ita: *Romanorum autem Legislatores (Romulus) omnem, ut breuiter dicam, potestatem patrii dedit in liberos, idque toto vitae tempore, siue in carcere rem eum derridere, siue flagris caedere, siue vinculum ablegare ad rustica opera, siue necare libeat, etiam si filius tractet Rempublicam, etiam si Magistratus gesserit maximos, etiam si studii erga Rempublicam laudem si promeritus. Iuxta hanc certe legem Illustres viri pro rostris fauente plebe concionantes in Senatus inuidiam, fruentesque aura populari, detracione*

32 CAP. II. DE PATRIA POTESTATE

suggestu abducti sunt a Patribus poenas daturi ex ipsorum sententia; Quos, dum per forum ducerentur, nemo adstantium eripere poterat, non Consul, non Tribunus, non ipsa turba, cui tum adulabantur, licet omnem potestatem sua minorem existimans. Taceo nunc quot viri fortes necati sunt a patribus, nimio virtutis ardore prouecti ad patrandum generosum aliquod facinus praeter ipsorum mandatum; sicuti de Manlio Torquato aliisque multis traditur, de quibus suo dicimus tempore. Nec contentus hanc potestatem parentibus dedisse Legislator Romanus, permisit etiam vendere filium, nihil deteritus crudelitatis specie, quod res grauior videri posset, quam pro affectu domestico. Quodque maxime aliquis miretur, in dissoluta Graecorum disciplina educatus, quasi durum et tyrannicum, hoc quoque patri concessit, licere illi terna filii venditione pecuniam quaerere; maiorem largitus potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. Servus enim semel venditus, deinde libertatem adeptus, impostrum sui iuris est. Filius vero a patre venditus, si liber fieret, rursum sub patris potestatem redigebatur. Iterum quoque venundatus et liberatus, servus, ut ante, patris erat. Post tertiam denum venditionem exhibebatur e patris potestate. Hanc legem primi illi reges observabant, incertum, scriptamne an sine scripto proditam, habentes pro omnium optima. Post sublatam vero Monarchiam, cum primum visum est Romanis patrias consuetudines legesque omnes una cum ascuittis in foro proponere uniuersis ciuibus, ne ius publicum mutaretur, cum potestate Magistrorum, decemviri, qui a populo acceperant potestatem colligendarum legum et conscribendarum, hanc quoque retulerunt inter ceteras, extatque in XII. Tabularum, ut vocant, quarta, quas tunc in foro posuere. Quod autem non decemviri trecentesimo post anno scribendis legibus creati, primi hanc legem in Rempublicam Romanam introduxerint, sed iam dudum receptam non ausi sint tollere, cum ex alis multis colligimus, tum praecipue et legibus Numae Pompilii, successoris Romuli, ubi sic scriptum habetur: Si pater filio concesserit uxorem ducere, quacum sacra et bona iuxta leges communicet, patri posthac nullum ius esto vendendi filium. Quod ille non scri-



*scripsisset, nisi ante ius fuisset patri vendendi filios. Conf.
Auct. Collat. Legum Roman. et Mosaic. Tit. IV. §. 8. p. m. 749.
ibique Schultingius.*

XVIII.

Praemissa definitione patriae potestatis civilis, sequitur diuisio: sed hanc quoque suppeditat nobis **DIONYSIUS HALICARNASS.** *Ant. Rom. L. 8. ibi: sed licet paribus et pecuniis filiorum et corporibus facere quod liber.* Duo sunt ergo patriae huius potestatis capita. Unum plenaria potestas in liberorum personam, alterum in eorum bona. De vtroque ordine praesenti capite II. erit agendum.

XIX.

De illo ut dicendi fiat initium, est ex plenaria hac in personam liberorum potestate, quod fuerit veteribus vitae necisque ius in suis liberos, iftosque inauditos, quolibet, etiam vltimo, supplicio afficere licuerit. *L.f. C de P.P. L. II. D. de lib. et postb.* Atque hanc potestatem iam olim Romuli temporibus patribus competuisse docet **DIONYSIUS HALICARN.** *Antiq. Rom. L. 2. C. 27. ibi: Romanorum autem Legislator omnem potestatem patri dedit in liberos, idque toto vita tempore, siue in carcera eum deprudere, siue flagris caedere, siue vincum ablegare ad rustica opera, siue necare libeat.* etc. vid. supra §. XVII. Relatum postea hoc ius a Decemviris fuit in tabulam, vt vocant, quartam, prout idem testis est **DIONYSIUS L. 2. C. 28.** verbis: *Post sublatam vero Monarchiam cum primum visum est Romanis, patrias consuetudines legesque omnes una cum ascitiis in foro proponere uniuersis ciuibus, ne ius publicum mutaretur cum potestate Magistratum, Decemviri, qui a populo acceperant potestatem colligendarum legum et conscribendarum, hanc quoque retulerunt inter ceteras, extatque in tabula quarta, quas tunc in foro posuere.* vid. §. XVII. Ita etiam in LL. XII. Tab. scriptum fuisse legimus: **ENDO LIBERIS IVSTIS VITAE NECIS VENUNDANDIQUE POTESTAS PATRI ESTO.** vid. *Fragm. XII. Tab. apud GRAVIN. p. 276.* Hinc etiam A. Fulvius

14 CAP. II. DE PATRIA POTESTATE

uius filium Catilinae amicitiam sequutum medio itinere abstractum suppicio mortis affecisse dicitur, praefatus: Non se Catilinae illum aduersus patriam, sed patriae aduersus Catilinam genuisse. Vid. VALER. MAXIM. L. 5. C. 8. n. 5. SALLVST. in Cat. c. 39. Et in lege Pompeia de parricidio nulla patri poena statuit, matris solum et cui mentione facta L. 1. D. ad L. Pompei. de parricid. manifesto indicio proprios necare liberos impune olim patribus licuisse.

XX.

Durum vero hoc ius durasse diu non videtur. Certe enim iamdiudum ante lusitanum temporibus Valentini, Valentis et Gratiani illud expirasse, nec necem liberorum impunem amplius patet. ex L. 8. C. ad L. Corn. de Sicar. Conf. L. vni. C. de emend. proping. Idem Constantini etiam tempore obtinuisse constat ex L. vlt. C. de patr. pot. et L. vni. C. de his qui parent. vellib. De Alexandri Seueri temporibus restatur iam VLPIANVS L. 2. D. ad L. Corn. de Sicar. PAVLVS L. ii. in fin. D. de lib. et postb. Imo iam sub Hadriano et Traiano triste hoc ius obsolescere videbatur. De illo enim refert Marcianus, quod eum, qui in venatione filium suum nouercam adulterantem, necauerat, in insulam deportasset, addita ratione, quod patria potestas in pietate debeat, non atrocitate, consistere. L. 5. D. ad L. Pompei. de Parricid. De Traiano vero tradit Papinianus, quod filium, quem pater male contra pietatem adficerat, coegerit emancipare. L. fin. D. si a parent. quis manum. Huic igitur vitae necisque iuri substituebat Alexander ius liberos offerendi judici dicturo sententiam, quam ipse pater dici voluerit. L. 3. C. de patr. pot. Ita ut pater inauditum filium occidere, ut ante, non amplius potuerit, sed accusare eum debuerit apud Praefectum Praesidemque prouinciae per L. 2. D. ad L. Corn. de Sicar. Verum nec hoc perpetuum fuit, sed sequenti tempore sensim sensimque abrogatum.

XXI.

Huius vitae necisque potestatis in liberos vestigium adhuc



adhuc deprehendimus in L. 20. seqq. D. ad L. Iul. de Adult. Quamvis enim iam moribus sub Hadriano et Traiano, vid. L. 5. D. ad L. Pompei. de Parricid. L. fin. D. si a parent. quis manum. Immo expressis legibus sub Alexandro Seuero L. 3. C. de patr. pot. L. 2. D. ad L. Corn. de Sicar. L. u. in fin. D. de lib. et posth. vitae necisque ius abrogatum, reperimus tamen postea in L. cit. 20. licuisse adhuc patribus filias in adulterio comprehensas simul cum adultero interficere.

XXII.

Quemadmodum vero hoc quoque ius satis enorme atque exorbitans videtur, imo ex duro isto vitae necisque iure tunc temporis iam decrecente et obsoleto descendere: ita non solum Doctores, sed ipsae etiam leges illud admodum restrinxerunt et limitarunt. Namque 1) consilium hoc soli patri, qui Ciuilem potestatem habet, in filiam, cit. L. 20. verb. quam in potestate habet. Non ergo matri aut maternae lineaee adscendentibus, nec filiofamilias patri cit. L. 20. nec in emancipatas, nec denique marito L. 22. §. 4. L. 34. D. ad L. Corn. de Adult. 2) Requirunt leges, quod pater deprehenderit filiam domi sua vel generi L. 22. §. 2. cit. tit. domo accepta pro domicilio, vt si pater vel gener alibi habitet, habeat autem et aliam domum, in qua habitet, in hac filia in adulterio reperta occidi non possit. L. 23. §. 3. cit. tit. de Adult. Maiorem scilicet injuriam putauit Legislator, quod in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere §. 2. cit. Leg. 23. 3) Necesse est, vt pater filiam in ipsa turpitudine deprehenderit L. 23. pr. cit. tit. In ipsa turpitudine et in ipsis rebus veneris ait lex. An ergo, vt in ipso coitu deprehendatur filia, necesse erit, an vero, si in apparatu et praeludiis coitui proximis reperiatur, sufficiet? Posterius Glossa ad cit. L. 23. non sine ratione afferit. Nam nec lex coitum ipsum, sed turpitudinem saltim et res veneras requirit. Tales autem sunt quoque adulterii praeludia, si v. g. pater filiam cum iuvene solam deprehenderit in lascivis colloquiis, se inuicem turpiter osculando, alter alterius pudenda vel mamillas tangendo aut inspiciendo, et id genus

16 CAP. II. DE PATRIA POTESTATE

genus alia, multo magis si nudum cum nuda eodem lecto pater reperierit, cum hoc etiam ipso iure commissi adulterii praefumtionem faciat. Non vero sufficiet, si non in ipsis rebus venereis filiam pater reperiatur, sed saltim ita, ut adulterium commissum probabile sit. V.c. Si iuuenis cum filia in cubiculo fuerit repertus caligis solutis, mulierque ostium cubiculi clausum teneat, negando secum aliquem esse, vid. PASCHAL de Vir. patr. pot. P. i. C.5. N.9. Neque si filia praesente patre adulterium commissum confiteatur, quia ut in ipsis rebus venereis, in ipsa turpitudine, seu, ut alii loquuntur, ἐγγραφη filia comprehendatur, lex expresse desiderat L.23. pr. D. de Adult. 4) Vult lex Iulia, ut occidatur filia cum adultero a patre ipso L.20. de Adult. verb. *Patri datur ius occidendi filiam cum adultero*, quod ergo alii v. c. filio suo vel marito mandare possit necem filiae, merito negatur. Partim enim expreste de patre saltim lex loquitur, partim etiam ut in ipsa turpitudine filiam pater deprehendat, requirit, ut adeo vel praefens pater, vel etiam absens in casum, si quis filiam cum adultero deprehendat, necem eiusdem alteri mandare non posse videatur. Nec obstat regula: quod quis per alium facit, ipse fecisse putandus est. Hoc enim cum imputationem actionis respiciat, huius loci non est.

XXIII.

Vt 5) simul verosque et filiam et adulteram perfodiat, lex Iulia praecipit, uno quasi istu et imperu, aequali ira aduersus vtrumque sumta cit. L.23. §. 4. D. ad L. Iul. de Adult. Quamuis euentus non responderit et alter inopinato ausurgerit, cit. §. 4. Quod haud dubie propterea fuit sancitum, quo manus patris a nece adulteri arceantur, cum sciat, nec filiae esse parendum, si adulterum interimere velit. Plerumque enim pietas paterni nominis consilium pro liberis capit per L.22. §. 4. D. ad L. Iul. de adult. 6) Lex iubet, ut fiat in continenti, nec licet, occiso hodie adultero, filiam seruare, et post dies demum interficere, L.23. §. fin. de adult. Sufficit tamen patrem eam interficisse, quam primum eius fuerit natus copiam, ita ut fugientem etiam post annum interi-

interimere possit, si prius occasio defuit. Stricte igitur verbum *in continentि* hoc loco accipi debet, ita ut ipsum momentum denotet. Quamuis alias latius acceptum interdum aliquot dies, interdum mensem vnum vel plures, interdum etiam decennium denotare soleat, prout obseruat FRANCISCVS MARIA PRATVS ad Paschal. de vir. patr. pot. P. 1. C. 5. 7) Hocce ius filiae intuitu cum nimium sit odiosum, hinc ultra expressa legis verba id non esse extendendum recte monent I. I. Vnde et cessat illud in sponsa filii, vt et in ministris turpitudinis. Vid. BRVNNEM. ad L. cit. 20. D. de Adult. et DD. ibi citatos. Cessat etiam si filia sit grauida, ut pote quo casu non sola filia, sed cum ea insimul nepos interimeretur, hoc vero patri lege nostra neutiquam fuit permisum.

XXIV.

Vt autem occidat pater adulterantes necesse non est; sed licet ipsi et alia ignominia eosdem afficere. L. 22. §. 3. de Adult. Poterit ergo eos vulnerare, verberibus afficere, virilia adultero amputare, et id genus alia; non enim odiosum hic extenditur, sed suo modo restringitur. Recteque hic argumentatur Papinianus a maiori ad minus: *Qui occidere potest; multo magis contumelias potest afficere.* Non enim debet, cui plus licet, quod minus est non licere, per L. 21. de Reg. Iur. Conf. L. 42. D. de poen. Haec sunt praecepta legum, quae si pater obseruauerit, ab omni poena erit immunis. *Quod si vero horum aliquot neglexerit v. g. in domo aliena, aut non in continentि filiam cum adultero interemerit etc. poenae equidem subiacebit, non tamen ordinariae parricidii, sed extraordinariae, pro circumstantiarum diversitate determinandae, ob iustum, quem sentire praesumitur pater, dolorem.*

XXV.

Ab hac in liberos sublatos et adultos vitae necisque potestate, de qua haec tenus §. XXI. seqq. differebat olim ius infantes sanguinolentos i. e. recenter natos et a matre adhuc rutilantes necandi vel exponendi. Nec enim tantum olim facinus fuisset liberos recenter natos necare aut exponere

complu-

IVX

complura gentium quoque morationum testantur exempla. Sic infantum expositionem priscis Italos nec inhonestam nec insolitam fuisse ipsius Romuli Remique exemplo docemur. Ut pote quas ab Amilio non patre sed omnino patruo publice fuisse expositos et abiectos compertum habemus. Moribus pariter Graecorum idem obtinuisse, necemque infantum Legibus eorum impunitam fuisse testis est ARISTOTELES de Repub. c. 16. et PLUTARCHVS in vita Lycurgi p. 79. Romulus autem licet legibus suis omnem, etiam virtutem necisque potestatem in liberos patribus concesserit, hanc tamen patriae aliarumque gentium pessimam consuetudinem legibus suis emendauit et correxit, omnemque certe virilem prolem iussit tollere et educare, immo sub poena dimidiae bonorum pacis prohibuit, ne vnum foetum triennio minorem necaret, nisi si quis infans mutulus aut prodigiosus statim in ipso partu esset. Tales enim foetus, non quod forte pro homine aut animali non haberet foetum in utero existentem, aut antequam nutricis opera intercessisset, prout quidem veteres sensisse Philosophos refert PLUTARCHVS in Placit. Philos. L. 5. c. 15. sed quod reipublicae oneri dedecorique eos futuros arbitraretur, rectius exponi quam educando seruari existimauit. Singula prolixus leguntur apud DIONYS. HALICARN. I. 2. Antiquit. Rom. His institutis Romulus ciuitatem bello aequo ac paci habilem reddidit. Magnitudini vero ac frequentiae eius hoc modo consuluit. Primam necessitatem colonis imposuit, educandi omnem virilem prolem, et e filiabus eas, quae primogenitae essent: Nullam autem prolem necari permisit minorem triennio, nisi si quid mutulum aut alioquin monstrosum in ipso partu editum fuisset. Tales enim foetus exponi a parentibus non vexit, dummodo eos prius ostenderent quinque viris e vicinia proximus, si et ipsi exponendos esse censuissent. In eos vero, qui contra leges istas fecissent, multas statuit, tum etiam hanc, qua dimidium bonorum, quae illi possiderent, aerario addixit. Eandem legem Romuli Decemviris quoque placuisse, abiisseque legibus XII. Tab. insertam fuisse, probabile est. Vid. CICERO L. III. de legibus: verb. Deinde cum esset cito necatus tanquam ex XII. Tab. insignis ad deformitatem puer.

XXVI.



XXVI.

Optandum quidem fuisset hanc legem in Republica Romanorum perpetuo fuisse seruatam. Verum aliquantisper post, temporibus Imperatorum, sub quibus vixere ICti, ex quibus excerptae sunt Pandectae, immo iam ante ea contrario more et usu in desuetudinem eadem abiit. Liberum enim fuit parentibus non tantum egenis ob almoniae defactum, sed omnibus indistincte liberos sanguinolentos, sin videretur tollere, sin minus, necare, aut frigore, fame, aqua, vel bestiarum laniatu perituros exponere. Prout solide ex probatissimis temporum istorum scriptoribus ostendit celeberrimus NOOT Libro peculiari, quem inscribit, *Iulus Paulus*, *sive de partus expositione et nece apud veteres C. II. IV. V.* Ex quo meminisse saltim sufficiat LACTANTII, qui in *Divinis institutionibus L. 6. C. 20.* rebus, quae apud homines pro licitis habentur, annumerat factum eorum, qui recenter natos vel occidunt vel exponunt, et Legis I. Cod. Theod. de *Expositi*. cuius verba haec sunt: *Quicunque puerum vel puellam proiectum de domo patris vel domini voluntate scientiaque collegerit, ac suis alimentis ad robur prouexerit, eundem retineat sub eodem statu, quem apud se collectum voluerit agitare, hoc est, sive filium, sive seruum eum esse maluerit. Omni repetitionis inquietudine penitus submuenda eorum, qui seruos ac liberos scientes propria voluntate domo recens natos abiecerint.* Qua ipsa lege cum nullius prohibitionis aut poenae mentio fiat, neque vetita neque prohibita et ideo permissa est infantum recens natorum et expositio et internecio. Quibus locis addi possunt exempla quorundam comicorum morem hunc respicientia, vt TERENTII in *Heaut. Act. 4. Scen. 1.* ARISTOPH. in *Ranis.* etc.

XXVII.

Duravit durum hoc ius usque ad tempora Valentiniani, Valentii et Gratiani. Hi quippe primi fuisse videntur, qui enormem istam parentum licentiam poenali quadam sanctione coercuere. Anno enim 374. IV. Non. Martii in *Lege 2. C. de Infantib. exofit.* ad Probum in sequentia verba

C 2

rescri-

rescriperunt: *Vnusquisque sobolem suam nutriat. Quod si exponendam putauerit; animaduersioni, quae constituta est, subiacebit.* Sed nec dominis vel Patronis repetendi aditum relinquimus, si ab ipsis expositos quodammodo ad mortem voluntas misericordiae amica collegerit. Nec enim suum quis dicere poterit, quem pereuentem contempsit. Sunt interim, qui aliter sentiunt, expositionemque et necem infantum sanguinolentorum aut nunquam licuisse, aut certe iamdudum ante Valentianum, Valentium et Gratianum fuisse prohibitam contendunt. Est haec controversia agitata inter celeberrimos Belgii Iuris Consultos B. GERHARDVM NOODT et CORNEL. VAN BYNCKERSHOEK. Quorum ille libro, quem inscribit Iulius Paulus, infantum expositionem et necem usque ad tempora Valentini. Valentii et Gratiani impunitam fuisse defendit. Hic autem in Tr. de iure occidendi, vendendi et exponendi liberos apud veteres Romanos licentiam hanc parentum usque ad tempora Traiani, Hadriani et Antonini Pii restringit, Noodtiique argumenta impugnat, huic Noodtius responder in amica responsione. Huic denique Bynckershoek opposuit nouum schediasma sub titulo C O R N . V O N B Y N C K E R S H O E K : de iure occidendi et exponendi liberos apud veteres Romanos ad Virum clar. Gerhard. Noodt. Exstat quoque de hoc themate peculiaris differentatio Dni Wielingii, cuius altera eiusdem argumenti expectatur.

XXVIII.

Quae vero sit animaduersio ista, quae constituta dicitur in cit. L. 2. C. de Infant. Expos. non immerito quaeritur. Evidem cum Glossa vulgo eam ex L. 9. C. de Patr. pot. L. 1. §. 4. it. L. 4. D. de Agnosc. et alend. lib. repetunt. Conf. B R V N N E M . ad L. 2. C. de Infant. Expos. Eamque vel extraordinariam putant, in casu si quis loco celebri minusque periculofo infantem exposuerit, per L. 9. Cod. de Patr. Pot. L. 1. §. 4. D. de Agnosc. et alend. lib. Aut ordinariam legis Corneliae de siccariis, vel Pompeiae de Parricidis, si infantem quis aut necauerit, aut periculofo necandi animo exposuerit per L. 4. D. de agnosc. et alend. lib. Enimvero quemadmodum

modum expositionem et necem infantum ante Valentiniani, Valent. et Gratiani tempora impunitam fuisse Spho XXVII. dictum est; ita Legem 4. D. de Agn. et alend. lib. non iuris civilis praeceptum, sed morum regulam continere, remedia vero, quae L. 9. C. de patr. pot. continentur, scil. SCtum Plautianum aliudque, quod tempore Diui Hadriani factum fertur, nec non remedium Legis. 5. D. de Agn. et alend. lib. quae filio concessum a iudice petere, vt alimenta ei ex bonis paternis decernantur, partim de infantibus non tollendis sed agnoscendis, partim non de recenter natis et fanguinolentis, sed liberis triennio maioribus, adeoque lacte iam depulsis sublatis et agnitis loqui. Sicut et Legem 1. §. 4. D. de Agnosc. et al. lib. itidem de infantibus non necandis, sed negandis agere, pererudit ostendit NODT in cit. tractatu de partus expositione et nece. Ut adeo nec Paulus nec Vlpianus in legibus citatis de poena aliqua expositionis infantum ne per somnum quidem cogitare potuerit, cum necem et expositionem infantum poenis subiacere, communis fori obseruancia tunc temporis repugnaret. Alii, ut HYBERTVS GIPHANIVS (qui ad L. I. C. de Infant. Exposit. ingenuo fatetur se statutam hic animaduersiōnē ignorare) poenam hanc in iure nostro, quod hodie exstat, Romano nullibi esse proditam sibi persuident.

XXIX.

Enim vero haud dubie poena ista est capitalis et ultimum supplicium. Prout probabile admodum est ex L. 8. C. ad legem Corn. de scariis ad eundem Probum P. P. ab iisdem Imperatoribus eodemque anno aliquot septimanas ante Legem 2. C. de Infant. Exposit. scripta his verbis: *Si quis necandi infantis piaculum aggressus aggressus sit: sciat de capitali supplicio esse pereundum.* Verum ne hoc omni dubio caret. Sunt enim qui legem hanc non de nece infantum recenter natorum, sed de iure vitae et necis in liberos agnitos et sublatos, de quo supra egimus §. XIX. interpretantur. Quasi sublata ea sit veterum dubitatio, an liberos impune interficere liceat, nec ne? vid. CVI ACTVS L. obseruat, c. 21. Verum ut tacet hanc veterum dubitatio-

22 CAP. II. DE PATRIA POTESTATE.

nem, si qua ante hac fuit, iamdudum per Legem Corn. de Sicariis, vid. L. i. §. 2. D. ad L. Corn. de Sicariis, nec non constitutionem Constantini in L. vnic. C. de his, qui parentes vel lib. occid. alisque supra deductis legibus, satis iam fuisse sublatam, sane huic interpretationi vel hoc contrariatur, quod Imperatores in L. nostra 8. non loquuntur de patre tantum, sed etiam de matre: *aggressus aggressa est*. Liberos enim agnitos et sublatos occidere cum matri nunquam licuerit, sed soli patri, vi patriae suae potestatis, nec de eo ante hanc legem vnuquam dubitari aut multo minus lege nostra dubitatio ista tolli potuit; manifesto indicio legem 8. C. ad Leg. Corn. de Sicar. non agere de iure vitae atque necis in liberos sublatos, sed potius de iure infantes sanguinolentos et recenter natos exponendi aut necandi. Hoc enim, quod singulare est, patri omnino proprium non fuit, sed matri quoque certo modo competitissime videtur per L. 29. D. de manumiss. testam.

XXX.

Pergo ad nouum P. P. civilis effectum, ex iure parentum in personam liberorum descendantem; scil. potestatem liberos venundandi, siveque in seruitutem detruendam. Equidem GYDELINVS de iure nouiss. L. I. c. 13. HYBER in Digest. L. II. c. 5. COCEIVS in iure contr. tit. de his, qui sui vel alieni sunt iuris Qu. 18. aliquie ex Leg. 6. pr. de Contr. Emt. alisque, quibus Traiani, Hadriani aliorumue Imperatorum aeuo venditio liberorum vel incognita, vel prohibita demonstratur, eandem nullo vnuquam tempore apud Romanos licuisse, euincere conantur, quibus adiungunt auctoritatem Imperatoris Constantini, qui in L. vlt. C. de P. P. nunquam majoribus dicit permisum fuisse libertatem eripere suis liberis. *Libertati*, enim inquit, a maioribus tantum impensum est, ut patribus, quibus ins vitae in liberos necisque potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret. At quemadmodum ex L. 6. cit. quae de Pomponii Celsique testatur temporibus, ad vniuersam totius juris Romani doctrinam inferre non licet, ita in L. vlt. C. de P. P. aut historiae cognitione lapsus fallitur Constantinus, aut, quod magis probo, hoc



hoc respicit Imperator, quod licet liberi per paternam venditionem effici potuerint seruientes, nunquam tamen servi, cum in seruitutem detrusis libertas ita eripi non potuerit, ut ex seruitute aliquando manumissi fierent libertini, potius cum in seruitute quidem, serui autem nunquam fuissent, naturalem libertatem prae se ferentes, post manumissionem ingenui siebant non libertini, seu ut alio loco idem loquitur Constantinus: *Post manumissionem ingenuitatem propriam repetebant iuxta L. 2. C. de patr. qui fil. suos distinx.*

XXI.

Priscis igitur temporibus et apud Romanos et plerasque gentes alias liberorum venditionem impunitam non solum, sed etiam frequentem maxime fuisse, extra omne est dubium. De Atheniensibus testis est PLVTARCHVS in Solon. p. 91. de Solone enim refert, quod reuersus hos patriae suae mores in melius mutauerit. Apud Hispanos quoque liberos licuisse vendere refert PASCHAL de Viribus Patriae potestatis. P. 1. C. 1. n. 7. Pariter Iudeis non incognitam fuisse venditionem liberorum locus Nehemiae docet C. V. vers. 2. Vbi homines egeni atque de frumentis solliciti: magnus, inquiunt, nostrum nostrorumque liberorum est numerus, comparandum nobis ex iis frumentum, quo viuamus. Immo nec priscis Germanis liberorum alienationem fuisse interdictam, patet ex LandR. art. 407. Quae cum ita sint, mirum non est, idem ius obtinuisse quoque apud Romanos. De his enim compertum habemus, iis liberos etiam adultos vid. BACHOV. de Pignor. L. 7. C. 12. n. 4. cuiuscunque sexus non solum ob necessitatem, ut PASCHALIS conicicit ob L. 2. C. de Patr. qui fil. suos distinx. sed quamcunque ob causam vi patriae potestatis licuisse vendere et in perpetuam seruitutem derrudere. Hoc etenim ius iam antiquissimis Romanae Gentis temporibus visitatum, immo iam ab ipso Romulo stabilitum fuisse, DIONYSIVS nobis refert HALICARNASSEVS, qui L. II. Antiqu. Roman. C. 27. ita inquit. *Nec contentus hanc potestatem parentibus dedisse Legislator Romanus, (Romulus) permisit etiam vendere filium, nil deterius crudelitatis specie, quod res grauior videri posset,* quam

quam pro affectu domestico, quodque maxime aliquis miretur, in dissipata Graecorum disciplina educatus, quasi durum et tyrannicum hoc quoque patri concessit, licere illi trina filii venditione pecuniam quaderere, maiorem largitus potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. Seruus enim semel venditus deinde libertatem adeptus in posterum sui iuris est. Filius vero a patre venditus, si liber fieret, rursum sub patris potestatem redigebatur. Iherum quoque venundatus et liberatus, seruus, ut ante, patris erat. Post tertiam demum venditionem eximebatur e patris potestate. Et paulo post C. 28. Quod autem non Decemviri trecentesimo post anno scribendis legibus creati, primi hanc legem in Rempublicam Romanam introduxerint, sed iamdudum recepiam non ausi sunt tollere, cum ex aliis multis collegimus, tum praeceps e. legibus, Numa Pompilio, Successoris Romuli, ubi sic scriptum legitimus: Si pater filiae concesserit uxorem ducere, quacum sacra et bona iuxta leges communicet, patri posthuc nullum ius esto vendendi filium. Quod ille non scripsisset, nisi ante ius fuisset patri vendendi filios. Conf. et L. 8. C. 91. Docet ergo Dionyius hoc loco permisum fuisse patri Romano filium familias vendendo in servitutem detrudere, idque trina vice, primum enim venditus posteaque manumissus in patris recidebat potestatem, similiterque iterum venditus et manumissus, ut adeo non nisi post trinam venditionem trinamque manumissionem filius sui euaderet iuris, nullo patri vendendi iure postea competente. Porro hoc iuris tantum fuisse in filiis, non aequa filiabus aut nepotibus, quippe qui una saltim praevia venditione atque manumissione statim sui iuris efficiebantur, nec in patris sui recidebant potestatem, VLPIANO teste in *Fragni. Tit. X. §. 1.* Denique potestatem hanc statim post Romulum a Numa Pompilio fuisse restrictam denegatamque patribus, qui filii vxorēm ducere concederint, quacum sacra et bona communia habent, ne scil. bene concordantia matrimonia iure patriae potestatis turbentur, argument. L. 1. §. vlt. D. de lib. exhib.

XXXII.

Post tempora Regum, quibus leges Romanæ XII. Tablis

bulis perpetuo Populi iuramento corroborandae inciderentur, ut reliquos patriae potestatis effectus, ita ius quoque vendendi liberos Decemviri iis inferuere, illudque in tabulam retulere quartam. Ita enim his scriptum fuisse si PATER FILIVM TER VENVN DVIT, FILIVS A PATER LIBER ESTO testis est VLPIANVS Tit. X. §. I. DIONYS. HALIC. Antiqu. Rom. L. II. Quemadmodum autem statim post Romulum legibus Numae Pomplii hoc ius limitationes quasdam passum est, ita et post leges XII. Tabularum conditas prorius videtur expirasse. Etenim iam Celsi aeuo, cuius actas ad tempora Hadriani se refert, omnis liber hominis venditio prohibita erat Lege 6. pr. D. de Contr. Ent. Certe non multum post, temporibus Diocletiani et Maximiani liberos a parentibus vendi nullo pacto potuisse manifestissimi iuris erat. Testibus ipsis his Imperatoribus in L. I. C. de Patr. qui filios suos disstrax. vbi liberos, inquiunt, a parentibus neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris iure, aut alio quolibet modo, nec sub praetextu ignorantiae accipientis in alium transferri posse, manifestissimi iuris est: et iuxta L. 6.C. de P.P. Abdicatio, quae Graeco more ad alienandos liberos usurpabatur, et ἀπονέγκεις dicebatur Romanis legibus, non comprobatur.

XXXIII.

Vtut igitur iam sub Diocletiano et Maximiano hanc patriae potestatis duritatem cessasse, per leges allegatas indubitati sit iuris, sunt tamen, qui triste hoc ius usque ad Christianorum Imperatorum tempora perdurasse, a paganis vero tantum aliquantisper temperatum, funditus autem euersum non fuisse contendunt, idque ob L. 2. C. de Patr. qui lib. suos disstrax. qua post omnes Imperatores Ethnicos adhuc a Constantino venditionem liberorum parentibus libere permisam legimus, his verbis: Si quis propter nimiam paupertatem egestatemque filium filiamue sanguinolentes vendiderit: venditione in hoc tantummodo casu valente, emitor obtinendi eius seruitii habeat facultatem; liceat autem ipsi, qui vendidit, vel qui alienatus est, aut cuiilibet aliū ad ingenuitatem eam propriam repeteret: modo si aut pretium offerat, quod

D

potest

potesſt valere, aut mancipium pro eiusmodi p̄aefet. Verum enim vero non probat hic textus, quod volunt dissentientes. Venditionis liberorum patribus permiffae equidem mentio fit; At haec non est verus iſta, quam permiferat Romano-rum Legislator Romulus, sed est noua a Constantino de-
mum ad abſtrahendos patris manus a nece vel expositione infantum sanguinolentorum introducta et permifſa. Scilicet enim patrum Romanorum licentia per quam recenter natos vel exponere vel necare impune poterant, ad tem-
pora uisque Constantini et ultra durauerat, vid. ſupra §. XXVII. adeo ut Imperator Constantinus mali huius licet admodum pertaesius, inueteratam tamen hanc confuetudinem directo tollere legibusque poenalibus cohibere nunquam fuerit au-
sus. Quod igitur directo non poterat, per indirectum tentabat, cauſam huius mali variis remedii cohibens, vo-
tum parentum in melius vertendo. Quorum unum re-
medium eſt in L. I. C. Theod. vbi ne ob alimoniae defectum
egeni parentes liberos necare vel exponere cogerentur, o-
mnibus magistratibus serio iniungitur, ne, si quis parens fo-
bolem adferat, quam pro paupertate educare non possit, in
alimentis vel ueste impertienda tardetur. Ipsi verba le-
gis ſunt haec: *Aeneis tabulis, vel geruffatis aut hincis map-
pis, scripta per omnes ciuitates Italiae proponatur lex, quae
parentum manus a parricidio arceat, votumque veritatem in me-
lius: officiumque tuum haec cura perstringat, ut si quis pa-
rens adferat fobole, quam pro paupertate educare non pos-
ſit, nec in alimentis, nec in ueste impertienda tardetur, cum
educatio naſcentis infantiae moras ferre non possit: ad quam
rem et fiscum noſtrum et rem priuatam indiscreta inſimus
præbere obsequia.*

XXXIV.

Huius generis remedium quoque deprehenditur in L.
noſtra 2. c. de Patr. qui lib. ſuoi diſtri. vbi quod iamdudum
fub Diocletiano et Maximiano, imo forte iam ante eos erat
prohibitum, iterum certo modo permittebat, manusque
parentum a parricidio arcebat Constantinus, permittendo
parentibus egenis liberos sanguinolentos, vel ab iis ipſis.

qui

vendiderunt, vel qui venditi sunt , aut cuilibet alio redimendos vendere, mitius naturalique aequitati conuenientius ratus infantes in seruitutem detрудi, quam nefande aut necari, aut frigore, fame, bestiarum elaniatu pereundos exponi. Hinc erat, quod non quosuis etiam adultos liberos vendere permittebat, quod olim erat permisum, sed sanguinolentos tantum, quos etiam necare vel exponere licet. Quemadmodum nec ex quauius causa, sed tantum propter nimiam paupertatem egestatemque vietus causa id ipsum permittebat. Ex his fatis probabile est, *L. nostram 2. de Patr. qui filios suos disir. non esse pristini iuris liberos vendendi particulam atque vestigium, sed constitutionem quandam nouam et a Constantino eapropter introductam, ut parentum egenorum manus a parricidio abstrahat et inveterato huic malo, cui directo non audebat, certe per indirectum aliquantisper resistat.*

XXXV.

Huic de venditione affinis adhuc quaestio est de oppignoratione liberorum, an quos vendere, eosdem etiam oppignorare potuerint parentes? Sentit ita Glossa ad *L. 2. C. de Patr. qui fil. suos disir. not. p.* quam sequuntur PASCHAL. de vir. Patr. pot. P. I. c. i. n. 10. FRANCISCVS MARIA PRATVS in annot. ad cit. Pasch. aliquie ibidem allegati. Ntitur horum sententia dupli potissimum fundamento; primo enim prouocant ad *L. 21. D. de R. I.* Cum enim venditio sit maius, oppignoratio minus, non posse cui plus licet, id quod minus est non licere arbitrantur, yd, *Gloss. loc. cit.* At enim vero haec regula, vt est regula, ita suas interdum patitur exceptions. Non debet cui plus licet, id quod minus est non licere, scil. non potest obstatre impedimentum iuris, potest autem contingere, vt obstatre impedimentum facti, ob quod minus non potest licere ei, cui plus licet. Persona libera qua talis, qualis est filius in patris sui potestate existens, aestimationem nullam recipit, adeoque a patre nec pignorari potest, vt ut facta venditione a Domino suo possit. Per venditionem enim in statum detruditur seruilem, siveque, vt alii serui, ad instar rerum aestimationem recipit,

28 CAP. II. DE PATRIA POTESTATE

et sic quoque oppignorari potest. Quam diu autem filius in patris sui est potestate, persona est libera, sicque vendi quidem, et ita in seruitutem detrudi, ast ante venditionem oppignorari non potest. Deinde aiunt, oppignoratio est alienationis species, argum. L. fin. C. de reb. alien. non alien. Cum igitur liceret patri filium alienare per L. 2. C. de Patr. qui fil. disfr. licebat eidem et oppignorare. vid. FRANCISC. MARIA PRATVS in annotat. ad Pach. de vir. Patr. pot. P. I. c. 1. Verum vtut oppignorationem alienationis speciem esse negari non posse, alienatio tamen liberorum tam generaliter in L. 2. C. de Patr. qui fil. disfr. haud est permissa. Licta erat patri venditio liberorum L. cit. 2. ast venditio et alienatio non sunt eadem, sed differunt vt genus et species; alienatio genus est, venditio et oppignoratio eiusdem species. A venditione igitur, quae est species vna, ad oppignorationem, quae species altera, non valet argumentatio.

XXXVI.

Inter effectus patriae potestatis ciuilis, quatenus in persona liberorum se exerit, merito quoque referenda necessitas consensus parentum in sponsalia et nuptias liberorum. vid. L. 16. L. 25. L. 35. de R. N. L. 11. de Stat. homini. Secundum leges igitur Romanas consensus patrum ad nuptias liberorum tam erat necessarius, vt eadem sine hoc initia ipso iure nullae essent, vt nec vir, nec vxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos absque eo intelligeretur, per cit. pr. I. de Nupt. Necesse desuper erat, vt consensus patris praecederet sponsalia atque nuptias: quod enim, contractis iam nuptiis, sequeretur, sufficiens non erat, nec enim subsequeta ratihabitio, vt alias vi retrograda solet, vid. L. 16. §. 1. de pign. L. 56. de Judic. Conf. HUBER. Praeleg. ad D. Tir. de R. N. §. 5. matrimonium a primo initio reddere poterat validum L. 13. §. 6. D. ad L. Iul. de Adulti. L. 63. D. de iur. dot. Sed liberi ante ratihabitionem nati manebant illegitimi, nec per subsequenteum consensum aequae ac per subsequens matrimonium legitimabantur, cum aequiparentur spuriis, in §. fin. I. de Nupt. Immo vaga haec parentum potestas eo vsque procedebat, vt non solum nuptias liberorum dissensu suo impe-

impedire, sed etiam filias (in filiis enim secus erat L. n. 13. *D. de sponsal.*) in potestate constitutas ad nuptias, quas ipsi vellent patres cogere possent, filiabus nullo iure dissentendi relicto, nisi ob grauissimas causas, si vel indignum, moribus vel turpem sponsum ipsis elegerint. *L. 12. D. de sponsal.* Immo cum nuptiis potestas patria iure Romano non indistincte solueretur, *L. 20. D. ad L. Iul. de Adulteriis L. 1. § fin. de Iniur.* si filia nupserat, diuortium quoque et repudium pater ipsi vi patriae suae potestatis decernere, eamque a marito ita iniuitam quoque reuocare poterat. *L. 10. D. de sponsal.* Vid. tamen *B. THOMAS. dissert. de usu Praet. Doctr. Injst. de Nuptiis C. 1. §. 13.* Quem patriae potestatis rigorem posthaec sustulit Marcus Imperator, hocque patrionon nisi ob iustissimas causas amplius permisit, ne bene concordantia matrimonia iure patriae potestatis soluerentur. *L. 1. §. vlt. D. de lib. exhib. L. 5. C. de Repud.* Quod autem pater filiam etiam in testamento futuris post mortem nuptiis destinare potuerit, ad hunc effectum, ut ipsis, patre mortuo, dissentire amplius integrum non fuerit, ut inter alios vult *STRYK in Vsu mod. Tit. de spons. §. 18.* illud ex *L. 36. et 66. D. de R. N. item L. 7. ad L. Iul. de Adulteriis,* ad quas ille prouocat, non satis euincitur. Potius filiam hoc casu a destinatis ipsis nuptiis abstinerem pottuisse, sive paternam istam constitutionem ad hunc saltum valuisse effectum, ut Tutor pupillam a patre sibi testamento destinatam, etiam ante maiorenitatem vel redditus rationes, quod regulariter non licebat, ducere potuerit, probabile est ob *L. 101. pr. de Condit. et Demonstr. verb. Eſſi non nupſiſſet.* Item: *Elio Philippo fidei commiſſum ita datum videri, ſi ei Procula defuncti filia nubere noluifſet.*

XXXVII.

Denique pater, vi imperii paterni, liberis suis impuberibus natis et nascituris *L. 1. §. 2. D. de Testam. Tutel. §. 4. I. de Tutel.* testamento constituit tutorem *§. 3. I. de Tutel.* ita quidem, ut ob singularem curam, amorem et circumfpectionem, quam pater in eligendo liberis tutori adhibuisse presumitur, tutor a patre datus aliis omnibus anteferatur *L. 11. pr. D. de Tutel. Test. iunct. pr. I. de Attil. tut. immunis fit a fatis-*

satisfactione L. 17. pr. D. de *Tutel. testam.* valeat datio etiam si
sub die vel conditione facta L. 8. §. 2. D. de *Testam. tut.* ad-
mittatur etiam alias inhabilis, curatore interim dato, donec
ad habilitatem tutor datus peruererit. vid. L. 10. §. 3. D. de
Testam. tut. et id genus alia. Atque haec constituendi li-
beris tutorem licentia, ut reliqui P. effectus, itidem iam a
primis Romuli temporibus, aut statim post illa, parentibus
videtur concessa. Sic enim Ancus Marcius filiis suis Lucium
Tarquinium tutorem reliquise fertur. Certe per LL. XII.
Tab. parentibus testamento liberis tutorem constitutere li-
cuisse certum est. per L. 1. pr. D. de *Tut. Tutel.* Ita etiam scri-
ptum fuisse LL. XII. Tab. in Fragn. Vlpiani legimus Tit. XI.
PATER FAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA TV-
TELAVE SVAE REI ITA IVS ESTO.

XXXVIII.

Considerauimus effectus patriae potestatis ciuilis, quatenus
in personas liberorum se extendit, sequuntur effectus bona li-
berorum respicientes. Inter quos primus est; Quod libe-
ri in potestate patria constituti bona nulla habeant, sed
quicquid acquirant, id omne acquirant patribus suis,
quorum in potestate sunt, vid. VLPIAN. Tit. XX. §. 10.
Quemadmodum enim non potest cui plus licet, id quod
minus est, non licere, arg. L. 21. D. de R. I. ita cum paren-
tibus ius vitae et necis a primis Romanae Reipublicae tem-
poribus in liberos esset concessum, potestatem in bona li-
berorum omnimodam parentibus iam inde a primis Romu-
li temporibus suis tributam, non est quod dubitemus.
Hanc quippe patriae potestatis particulam iam sub primis
consulibus obtinuisse Dionysius testis est Lib. VIII. dum
Sp. Cassium non a patre suo, sed a Magistratu necatum fuis-
se exim conicit, quia post necem et aedes eius dirutae sint,
et bona publicata, posteaque ex his infert: *Quodsi pater*
vi patriae potestatis iudex simul et accusator punitorque fuis-
set, sicque ipse Sp. Cassius in potestate patria adhuc exsistisset;
nec domus eius esset diruta, nec bona publicata. Additque:
Apud Romanos enim filii nullae sunt possessiones propriae vi-
quis patribus; Sed licet patribus et pecunis filiorum et corpo-
ribus

*ribus facere, quod libet. Posthaec etiam sub Imperatori-
bus et fere usque ad tempora Iustiniani haec per liberos
acquirendi potestas equidem duravit. Conf. L. 79. 92. D: de
acquirend. vel omitend. haered. alia tamen atque alia bona,
introducta peculiorum diuersitate, Imperatores pedetentim
a patrum potestate exemerunt.*

XXXIX.

Quemadmodum enim olim peculia omnia uniformia
erant, et exemplo seruorum liberi quoque peculium non
habebant, nisi prosectorium, quod in dominio patrum per-
manebat, ipsis liberis non nisi nuda detentione et admini-
stratione competente, vera autem bona non possidebant,
cum, quod in peculio esset opponatur ei quod in bonis
est; ita tractu temporis ab Imperatoribus diuersitas pecu-
liorum introducta atque ita alia aliaque liberorum bona pa-
tribus ademta fuere. Sic primum bona castrensis et quasi
castrensis iam sub Augusto, Nerua, Traiano et Hadriano
vid. princ. Inst. Quib. non est permitt. fac. test. L. 50. D. de
Castr. pecul. patrum potestati fuerunt subtracta. Quod
sequentibus quoque temporibus sub ANTONINO PIO, SE-
VERO, CARACALLA, ALEXANDRO SEVERO ET GOR-
DIANO ita obtinuisse testatur L. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 18.
19. D. L. 1. 2. 3. 4. C. de Castr. pecul. Postea suo tempore
Constantinus M. processit vterius, atque in reliquis omni-
bus bonis non castrensis tertiam saltim partem in euen-
tum factae emancipationis ex bonis liberorum patribus ac-
quirendam concessit, L. 6. §. 3. C. de Bon. quae lib. in reli-
quis autem non nisi usumfructum durante patria potestate
reliquit, salua liberis proprietate, L. 1. C. de bon. matern. De-
nique et hoc sustulit Iustinianus, nudumque usumfructum
parentibus in bonis liberorum reliquit, exceptis iis quae
ex re patris liberis obuenerunt, atque post emancipationem
omnia bona liberis iussit restitui, solo reliquo pro dimidia
parte usumfructu, pro pretio emancipationis, §. 2. I. per quas
pers. cuiq. acquir. L. 6. §. 3. C. de Bon. quae lib.

XL.

Ex hoc plenario in bona liberorum et per eos acquiren-
di

di iure erat, quod filius possit stipulari patri. §. 4. *I. de inutil. stipul.* Regulariter enim per aliorum pacta et stipulationes nec ius nec obligatio nobis potest acquiri. vid. §. 4. et 18. *I. de Inutil. Stip. L. 73. §. vlt. de R. I.* Id quod ratione obligationis quidem etiam in liberis obtinet, qui parentibus suis, in quorum sunt potestate, obligationem contrahere per suas stipulationes non possunt, nisi parentes aut iussent, quo casu tenentur actione quod iussu, conf. t. t. *D. Quod iussu*, aut locupletiores sint facti, vbi actione de in rem verso potuerunt conueniri, conf. t. t. *in rem verso*, aut denique peculium liberis dederint administrandum, quo facto tenentur peculiotenus. vid. t. t. *D. Quand. de Pecul. ad. annal. eff.* Ratione iurium autem per liberos acquirendorum leges civiles a iure communii in tantum recessere, ut stipulatio in fauorem parentum facta subsistat, per cit. §. 4. et 18. *I. de inutil. stipul.* Cum enim liberi per indirectum sibi scil. stipulando, parentibus, qui per eos omnia acquirunt, stipulari possint, directo quoque parentibus per liberos stipulari posse haud inique existimatum est. *Quemadmodum ergo pater eum, qui filio stipulatus erat, ex propria persona conuenire poterat, ita idem quoque multo magis obtainere debet, si patri per filium aliquis stipulatus esset, cum in effectu res eodem rediret, siue quis stipularetur filio, an patri per filium.*

XL.

Porro ex hac per liberos acquirendi potestate est, quod pater liberorum nomine absque mandato vel rati cautione in causis pecuniaris in iudicio agere possit. per L. 1. *C. de Bon. mat.* Filius autem nomine proprio agere non possit. *L. 18. §. 1. D. de Iudic.* Cum enim patris intersit, filium causa sua non cadere, huic enim acquiritur, quicquid acquirit filius, hinc patris causam magis agi, quam filii merito existimatum est.

XLII.

Eadem ex ratione nec lis esse poterat patrem inter atque liberos, praesumis quae causas concerneret pecuniaris. vid. *L. 4. n. D. de Iudiciis.* Cum enim liberi nihil haberent

berent proprii, sed omne, quicquid acquirerent, patribus cederet, hinc omnis inter patrem atque liberos frustranea erat actio, nihil enim a filio extorqueri poterat, quod iam patris non esset, nec liberi aliquid a patre consequi poterant, quod non simul ac ipsis acquireretur, statim ad bona rediret parentum. Exceptio tamen est in castrensi peculio, quod filius a patre separatum habet. Huius enim intuitu et filius patrem, et pater filium cum effectu conuenire potest, cum in eo nihil iuris sit patri, sed ipse filius pro patrefam. habeatur. L. 2. D. ad Scrum Mace*d.*

XLIII.

Quemadmodum igitur lis nulla, ita ex pari ratione nec vlla obligatio quoad praefestatione pecuniarias esse potest patrem inter et liberos. Filius secundum ius antiquum proprii nil habet, sed quicquid acquirit, cedit patri. Quod si igitur aut filius patri, aut hic illi obligaretur, pater sibi met ipsi esset obligatus, sive obligatio et ius in eandem caderet personam, atque hoc ipso esset inanis. L. 2. D. de Contr. emt. vend. §. 6. I. de Inutil. Stip. L. 1. §. 1. D. pro donato. Idem obtinet ius inter duos fratres sub vnius potestate existentes. Cum enim et horum obligatio et ius exigendi solum concerneret patrem, quia proprii nil habere possunt, sed omnia acquirunt parentibus, hinc nec contractus, nec obligatio vlla inter hos subsistit. Quemadmodum autem in castrensi peculio perpetua est exceptio, quod ita proprium est filio, ut ipse quoad illud instar patrisfamilias reputetur, ita huius intuitu singula spho hoc memorata alter se habent. Quod Castrense enim peculium, non solum frater cum fratre, sed pater quoque cum filio recte contrahit, sive venditionem, donationem similesue contractus valide celebrat. Idem obtinere videtur in peculio aduentitio irregulari, in quo aequo ac in castrensi nihil iuris est patri, vid. HOPP. ad §. 6. I. de Inutil. Stipul. vtut dissentiant alii. vid. L V D W E L L. ad Tit. I. de Inutil. Stip. Quamuis enim in peculio aduentitio irregulari pro patrefam filius non reputetur: neque tamen et hoc ad contrahendum necessario requiritur. Potest filius familias qua talis cum extraneo contrahere, quare ergo non etiam

E

etiam cum patre in iis bonis, quae a paternis rationibus
habet separata?

XLIV.

Vlterius ex eo, quod parentes omnium rerum, quae
a liberis acquiruntur, ipso iure domini sint, vid. supra §. XL.
sequitur, quod liberi sint svi et NECESSARI parentum haere-
des. §. 2. *I.de Haered. qualit. et differ. sv*i antiquissima appell-
atione dicuntur, quoniam ob plenariam patrum in bona
eorum potestatem vnum quasi cum ipsis patrimonium ha-
bere videbantur; atque sic, cum viuo quoque patre quodam-
modo rerum paternarum domini existimantur, §. 2. *I.de haer-
ed. Qual. et Diff. L. u. D. de Lib. et posthum.* eo mortuo, sibi
etiam quodammodo ipsis haeredes fieri, arg. cit. L. u. D. de
Lib. et Posthum. Conf. AVERAN. L. i. Interp. Iur. c. 9. n. 10.
HVBER. in Praelect. ad Tit. *I.de Haered. Qual. et Diff. §. 1.* do-
minumque rerum paternarum nouum non acquirere, sed
pristinum quasi continuare §. 3. *I.de Haered. quae ab in-
test. L. u. D. de lib. et posthum.* non adire, sed retinere, non re-
pudiare, sed abstinere ab haereditate paterna dicebantur.
NECESSARI eodem respectu vocantur, quia ob fidem,
quod mortuo patre in ipsis continuari dicitur, dominium,
olim ius abstinenti non habebant, sed ipso iure et sola le-
gis dispositione sine suo facto, etiam ignorantes et inuiti
statim haeredes siebant. §. 2. *I.de Hered. Qual.* Quamuis
postea Praetor contra iuris civilis tenorem abstinenti be-
neficium ipsis concesserit, per cit. §. 2. *I.de Hered. Qual.*

XLV.

Pariter parentes quoque liberis mortuis citra haeredita-
tem et successionem bona liberorum acquirebant, domi-
niumque in bona eorum, quod viuis iam liberis ipsis com-
petebat, post eorum mortem saltim continuabant. Cum
enim liberi omnis dominii incapaces, nihil haberent, quod
relinquerent, parentes post eorum mortem pristinum quod
habuerunt in bonis liberorum dominium saltim continua-
bant, ut ita ipso iure haereditatem acquirere, eamque citra
additionem ad haeredes transmittere posse etiam insci dice-
rentur. vid. COCCEL. *Ius Contr. L. V. T. u. Qu. 25. §. 3.*

XLVI.

XLVI.

Ex vniuersis hisce, qui a §. XXXVIII. hucusque memorati sunt, patriae potestatis effectibus huiusque generis aliis, cum singuli essent contra stricti iuris rationes; vnitatem personas inter patrem liberosque sibi finxere Doctores, liberos atque patrem pro vna habentes persona, idque Iustiniani auctoritate, occasione L. fin. C. de Impub. et alien. Subsistit. *Natura pater et filius eadem esse persona pene intelliguntur.* et §. 4. in fin. I. de inutil. stipul. *Vox tua tanquam filii est, sicut et filii vox tanquam tua intelligitur.* Verum quemadmodum nec simile nec vlla iuris fictio extendenda est vltra suum tertium; ita et haec de vnitate regula tam generaliter accipi non debet, ac quidem vulgo concipitur. Non enim haec regula obtinet in criminalibus, sed tantum in ciuilibus et causis pecuniariis, cum filius poenam non patiatur ob delictum parentis, aut vice versa, sed quilibet teneatur de suo. Porro locum non habet in odiofis, et quatenus filius se obligauit, sed saltim in fauorabilibus, quatenus filius alios sibi obligando acquirit, vid. cit. §. 4. I. de inutil. stip. verb. *In rebus, quae tibi acquire possunt, et quae sunt huius generis alia, quae fuisus congeffit Du. coceel. in Iur. Contr. ad tit. D. de his, quis vel alieni sunt iuris, Qu. 19.* Ex his igitur regulam de vnitate personarum ita putamus restringendam: Filius fam. in causis pecuniariis acquirendo habetur pro vna persona cum patre, dum, quicquid acquirit, id omne patri acquirat, non sibi, exceptis iis bonis, quae leges a potestate patria prorsus exērunt, v. c. castrensis similibusque, in quibus omnibus singularia, quae dicta fuere, perpetuam patiuntur exceptionem.

XLVII.

Progredior ad nouum patriae potestatis effectum, qui se intuitu bonorum exerit. Quod scil. Filius familias durante patria potestate testari nequeat, pr. Inst. *Quib. non est permis. fac. testam.* ne quidem patre consentiente. L. 6. pr. D. *Qui testam. fac. poss.* Rationem reddit Vlpianus: *Quoniam filius fam. nihil suum habet, ut testari de eo possit* vid. Tit. XX. Fragm. §. 10. Scil. filius fam. quam diu est sub patria

potestate iure veteri nil proprii habebat, sed quicquid acquirerbat, statim cedebat patri, vid. supra §. XXXVIII. Cum ergo nulla essent liberorum bona, nulla quoque poterat esse eorum haereditas, nec testamenti factio, ita ut eam nequidem habuerint patre consentiente, cit. L. 6. pr. D. *Qui testament. fac. possunt.* Scil. ne filiis fam. testamentum condere possent; impedimentum suberat facti, non iuris, quod non haberent proprii quicquam, de quo testari possent, quod vero facti est, pater per consensum suum immutare non potest, frustra ergo desideratur consensus patris in re sua natura impossibili. Sed inquis: poterat certe pater donare aliquid liberis suis atque in hoc testamenti factionem ipsis simul concedere. Sed ne hoc quidem poterat pater: cum inter eum atque liberos omnes contractus, L. 2. D. *de Contrah. Empt. Vend.* §. 6. I. *de Inut. Stipulat.* in specie donationis, L. 1. §. 1 D. *pro donati.* prorsus essent inualidi. Et quamvis postmodum alia atque alia bona parentum potestatis fuerint subtracta, de quibus testari potuissent filii, mansit tamen rigor iuris veteris. Vid. pr. I. *Quib. non est permitt fac. testam.* Non enim quod semel auctoritate legis sanctum, cessante ratione, que legem introduxit, vim suam amittit, conf. HVB. *Praelect. ad Inst. L. u. Tit. XII. s. 2.* Ceterum quemadmodum quod ab initio est vitiosum, tractu temporis conualescere non potest; L. 29. D. *de R. I.* ita et testamentum a filiofamil. conditum non valet, vt ut is postea sui iuris factus decesserit. L. 19. D. *Qui testam. fac. poss.*

XLVIII.

Singularis porro patriae potestatis in bona liberorum effectus est, quod filius fam. durante patria potestate non valide accipiat mutuum. Cum enim, ut dictum, filius fam. iure veteri omnis dominii prorsus esset incapax, et omne quicquid acquireret, cederet patri, siveque nihil haberet proprii, de quo solueret, non potuisset per mutuum aut quemcunque contractum aliter obligari, quam in praediudicium patris. Filius enim si obligatus fuisset, in effectu pater fuisset debitor. Cum vero per alium nemo possit obligari, ita nec pater per filium poterat, nisi vel ob patris iussum, vel ob versio-

versionem in rem, vel denique ob peculum datum, peculiotenus. vid. supra §. XL. Evidem Doctores communiter huius prohibitionis fundamentum non aliunde quam ex SCto Macedoniano aut certe Lege Claudia, cuius meminit TACITVS in Annal. L. II. C. 13. repetendum esse arbitrantur. At enim vero filiumfam. iam ante Claudiu et Vespasianum, (ad quorum tempora SCtum Macedonianum communiter referunt,) mutuum valide non potuisse contrahere ex locis compluribus praesertim Comicorum non improbat videtur. Ita enim apud TERENTIVM in Phorm. Act. II. Scen. 1. vers. 70. seruus seni increpanti, quod non filio pecuniam mutuam foenore sumisset ad dotandam Phaedriam, vt haec quaerere potius alium potuisset virum, responderet:

Hui? Dixti pulchre, si quidem quisquam crederet

Te viuo

Idem legitur in PLAVTO in Pseudolo Act. I. Scen. III. v. 69.

Periu an non, tunc lex me perdit, quina vicenaria?

Metuunt credere omnes.

Quid ergo? An forte cum Alexandro ab Alexandre SCtum Macedonianum ipsis sere legibus XII. Tab. coacteum faciemus? Hic enim L. 1. Genial. Dier. c. 7. se in quasdam leges e naufragio erectas incidisse refert, in iisque inuenisse vetus SCtum, cuius verba, quae ibi habet, sunt eadem, quae nostri SCti Macedoniani, quod in Digestis habemus in L. 1. ad SCtum Macedonian. vt adeo satis vetus esse hoc SCtum populi Romani arbitretur, a Claudio postmodum et Vespasiano tantum repetitum. Sed parum hic intendisse felicis ingenii vires Alexandrum, rerum antiquarum alias sati gnarum, aut forte studio haec ita finxit, cum ante Vespaianum tale SCtum prorsus fuerit ignotum, alii iam sati ostenderunt. Quid ergo faciemus locis istis Comicorum, quae iam olim filiumfam. mutuum valide contrahere non potuisse testantur? si dicendum quod res est, fundamentum prohibitionis mutui in filiiisfam. non ex SCto Macedoniano, neque ex lege Claudia vnicce repetendum est, vt fertur vulgo, sed iam inde ab ipsis legibus XII. Tab.

et ex iure communi. Iam per XII. Tabulas omnis in bona liberorum potestas concessa est parentibus, ergo cum filii proprii quid non haberent, de quo possent soluere, omne mutuum a filiosam. contractum etiam secundum ius commune debitum inane erat, et nomen haud exigibile. Nulla enim ex contractu filii, neque durante P. P. neque eadem soluta, aduersus eum competere poterat actio. Quamvis enim fui juris factus propria haberet bona, ex quibus soluere posset, et ita impedimentum cessaret, obstat tabula regula Catoniana, quo minus filius postmodum sui iuris factus dici posset obligatus. Accedit quod filius fam. interueniente capitis diminutione nouus homo factus credatur, adeoque vel ex in post emancipationem ex contractu durante P. P. inito conueniri non poterat. Contradicere videtur §. 6. I. de inutil. stip. L. 39. D. de O. et A. L. 44. D. de pecul. L. 57. D. de Iudic. L. 2. pr. D. *Quod cum eo.* Quibus singulis dicitur filium fam. in omnibus causis tanquam Patrem fam. obligari, et tam ex contractibus, quam ex delictis in filium fam. competere actionem, differendam tamen usque dum sui iuris factus. Sed salua res est, sunt istae leges ex libris Gaii et Vlpiani, quorum temporibus cum introducta peculiorum diuersitate filii fam. bona possiderent, aduentitia aliaque, quorum proprietas ad eos pleno iure spectaret, et obligare se poterant et etiam conueniri, olim vero non erat sic, vbi filius fam. proprii quid habere, prorsus non poterat, sed eadem liberorum ac seruorum erat conditio, imo maior competebat potestas patri in filium, quam hero in seruum, DIONYSIO teste *Antiq. Rom. c. 27.* Sicut igitur seruus non solum domino suo obligari non potest, sed ne ali qui dem illi, ut dicitur in §. 6. I. de inutil. stipul. ita et qui olim cum filiosam. contrahebat, eum non habebat obligatum, quod autem filii fam. sui iuris facti ex contractu suo teneantur, et conueniri possint, introductum demum nouiter iure praetorio. Ait Praetor: *Qui, quaeue, posle aquam quid cum his actum contractumue sit, capite diminuti diminutae esse dicentur, in eos easue perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo.* L. 2. s. 1. D. de cap. minut. Olim vero aduersus filium nulla

nulla etiam ex noxali causa dabatur actio, sed aduersus patrem tantum, ut videre est ex §. 7. I. de Noxal. Action.

XLIX.

Quid ergo opus fuit SCto Macedoniano vel dicta legge Claudia, si iam secundum ius commune et leges XII. Tab. mutuum filiorum fam. fuit inualidum? Respondeo: aliud prohibebatur iure communis et legibus XII. Tab. aliud lege Claudia, aliud denique SCto Macedoniano. Iure communis inualidum erat mutuum filiorum fam. ob fauorem parentum, ne cum ipsis filiis fam. proprii nil haberent, sed omne quicquid acquirebant, parentum esset, ipsis parentes ex bonis a filiis acquisitis sibique competentibus veluti ex propriis soluere tenerentur, si terminus solutionis incideret in tempus, quo sub patria potestate debitores adhuc existarent. Huic legum prohibitioni fraudem postmodum quaerabant iniqui foeneratores, atque in euentum mortis paternae luxuriosis iuuenibus pecuniam mutuam ad exercendas voluptates subministrabant, quo ipso elidebant ius commune et regulam Catonianam, cauendo ne terminus solutionis caderet in diem, quo debitor adhuc esset sub P.P. illum potius in tale tempus protrahebatur, quo P.P. solutus et obligationis esset capax, et bona haberet, de quibus solueret. Ad hanc ergo refrenandam pessimam foeneratorum nequitiam Imperator Claudius legem tulit specialem. Siquidem de hoc TACITVS refert in Annal. Lib. II. c. 13. Quod lege lata cauerit inter alia: *Ne in mortem parentum pecunias filiis fam. foenori darent, manifesto iudicio, mutuum, cuius solutio in ipsum tempus patriae potestatis incideret, iam ante Claudiu[m] iure communis fuisse inualidum.* Sed nec Claudi haec lex ad malitiam foeneratorum satis coercendam sufficere visa fuit, cum hanc quoque nouis commentis eluderent pessimii illi homines, et horum praeципue antesignanus Macedo, a quo SCtum nostrum et nomen et originem nactum est: dum scil. ut in verbis SCti habeatur, quod nobis Vlpianus exhibet in L. i. pr. D. ad SCtum Maced. in certis nominibus filiis fam. pecunias crederent. Elidebant igitur legem Claudiam foeneratores per fraudem non

non vnam sed varias, quo pertinere videntur verba SCti.
Ne quid amplius diceretur, paeprmis vero hoc commen-
to quod incertis nominibus filiisfam. pecunias crederent, i.e.
in terminum solutionis incertum v. c. vt mutuum exigibile
fit, quandocunque id foeneratores peterent. Qualia no-
mnia quondam Auianus offerebat Ciceroni. Accepi Auiani
litteras. in quibus hoc erat liberalissimum, nomine se factu-
rum cum venisset, qua ego vellem die. Epist. ad fam. 23. L.
VII. Ita enim fiebat, vt nec obstaret ipsis prohibito iuris
communis, quia non petebant patre viuo, sed demum per
mortem eius patria potestate soluta, neque prohibitio
legis Claudioe, quia non expresse in mortem parentum, sed
incertis tantum nominibus et in tempus solutionis incertum
filiisfamilias pecunia erat credita. Et haec foeneratorum
turpis improbitas coagit deum Senatum Romanum, vt tem-
pore Vespasiani inquis foeneratoribus generaliter omne
omnino ius et potestatem mutuum a filiisfam. etiam morte
patris sequuta quomodoconque repetendi speciali SCto
tandem rescinderent, ne (vt ipsis utr. verbis SCti) vlla vn-
quam foeneratoribus actio petitioque daretur, nulliusque
posset filiisfam. bonum nomen exspectata patris morte fieri.
Igitur iure communi prohibebatur a filiisfam. mutuum exigi,
cuius terminus solutionis inciderat in ipsum tempus, quo
debitor patriae potestatis adhuc erat subiectus. Lege Clau-
sia, creditor mutuum filiisfamilias in mortem patris datum
petens summonuebatur. SCto Macedonio demum in vni-
uersum cauetur, vt cuiusvis generis mutuum filiisfam. quo-
modocunque etiam incerto nomine datum nec mortuo
patre nec eo viuo valereret, sed debitum esset nullo vnuquam
tempore exigibile. Conf. Dn. PRAESES dissert. de mutuo
filiisfam. iam ante SCtum Maced. inuallido.

L.

Denique haec, quae in bona liberorum competebat po-
testas, aliquam etiam post mortem patris effectum quasi at-
que vim habere videtur, dum pater liberis suis pupillariter
substituendo haeredem scribere et testamentum facere pot-
est, etiam post mortem suam valiturum, si hi in impubertate
deces-

decesserint. pr. I. de pupill. subst. L. i. D. de vulg. et pupill. subst.
 Modo 1) pater testamenti factionem habeat, ita ut de propriis testari possit bonis, L. i. §. 3. D. de vulg. et pupill. subst.
 2) actu quoque sibi ipsi testamentum condat, quo innititur substitutio liberorum. cit. L. i. §. 3. D. de vulg. et pupill. subst.
 Cum hoc enim tanquam principali suo substitutio et corruit substitutio pupillaris. §. 5. I. de pupill. subst. L. 2. §. 1. D. de vulg.
 et pupill. subst. 3) Fiat haec substitutio liberis impuberibus
 pr. I. de pupill. subst. fiat hereditus suis et immediate in eius
 potestate existentibus pr. D. de vulg. et pupill. subst. His
 obseruatiss requisitus valet vi patriæ potestatis talis disposi-
 tio, qua pater liberis suis, etiam exheredatis, L. 10. §. 5. D. de vulg.
 et pupill. subst. §. 4. I. de pupill. subst. sibi superstribus scribit
 heredem de bonis non solum, quae ipsis relinquit, sed cun-
 ctis aliis, L. 10. §. 5. D. de vulg. et pupill. subst. in eum cumentum,
 si in impubertate pr. I. de pupill. et subst. vel simili statu de-
 cesserint, quo ob iudicij infirmitatem sibi ipsi testamentum
 facere, aut heredem scribere non possunt. §. 1. I. quib. non est
 perm. fac. testam. Sic igitur pupillaris haec substitutio re-
 vera est non testamentum patris, sed peculiare testamentum filiosam. factum. L. 2. §. 1. D. de pupill. subst. L. 8. §. 5. de
 inoffic. testam. pr. in fin. et §. 2. I. de vulg. et pupill. subst. Quem-
 admodum vero haec patrum Romanorum licentia admo-
 dum irregularis est, ita haec substitutio non aequa ac vul-
 garis ex LL. XII. Tab. repetenda, quae non permittunt al-
 teri facere testamentum, potius moribus introducta dicitur in pr. in fin. I. de pupill. subst. L. 2. pr. D. de vulg. et pupill. subst.
 Hinc initio quidem sub colore substitutionis formula pr. I.
 de pupill. subst. et L. 1. §. 1. D. de vulg. et pupill. subst. expressa
 fieri debebat, vulgarem substitutionem praemittendo eique
 statim pupillarem annexendo, vt figuram ita et formam
 verae substitutionis hoc testamentum haberet. Postquam
 vero semel substitutione pupillaris per obseruantiam recepta
 et comprobata fuit, etiam directe formula substitutionis
 vulgaris licet non praemissa valere cepit.

LI.

Absoluimus etiam patriam potestatem ciuilem eiusque

F

effe-

42 CAP. II. DE PATRIA POTESTATE

effectus praecipuos secundum leges Romanas. Restat ut dicamus, quibus ea et in quos competit, quibusque modis acquiratur, quibus solvatur. At primo quidem non aequa ac de naturali dictum, competit ea parentibus omnibus, sed solis ciuiis Romanis, §. 2. I. de P. P. Hoc ergo patrio iure non gaudebant omnes Reipublicae Romanae subditi aut omnes ipsius Romae incolae, aut multo minus peregrini et serui, sed soli ciues Romani, sive Romae degant, sive quo-cunque loco alio, modo ius ciuitatis Romanae essent con-sequuti.

LII.

Feminae etiam, quae nullo pacto iure ciuitatis Romanae particeps fieri poterant, vtut alias naturalem in liberos potestatem haberent, ciuili tamen hoc iure patrio non gaudent per §. 3. I. de P. P. Ibi: *Qui igitur ex te et uxore tua na-scitur, in tua, non uxoris potestate est.* It. *Qui autem ex filia tua na-scuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris non matris eorum, et per §. 10. I. de Adopt.* *Quia nec naturales liberos in sua potestate habent.* Soli igitur patri competit patria potestas ciuilis, nunquam matri, nisi forte vnico casu Legis 29. D. de manumiss. test. qua mater odio mariti post diuor-cium filium enixum fanguinolentum exposuisse dicitur. Quo ipso haec patriae potestatis particula, qua pater liberos recenter natos, si videretur, tollere, sin minus, morti, vel aliorum misericordiae exponere poterat, de quo supra, ma-tri quoque aliquo modo competitus videtur.

LIII.

Deinde ciuilis haec potestas non aequa ac naturalis in omnes indistincte liberos eiuscunq; gradus competit, sed regulariter in liberos saltim gradus primi, nonnunquam tamen et in vltiorum ordinum descendentes, quoties enim liberi primi gradus nostrae potestati subsunt, toties etiam ex his nepotes imperio nostro subiiciuntur, §. fin. I. de P. P. Cum enim qui ipse non est suae potestatis alium in simili sua potestate habere non possit, L. 21. D. ad L. ful. de Adult. hinc liberi eorum, qui subsunt imperio pa-rentum, non ipsorum, sed patris eorum potestate tenentur.

Qui



Qui igitur Pater in liberos suos habet potestatem, eandem in nepotes quoque et pronepotes recte exercet. per cit. §. fin. I. de P. P.

LIV.

Porro in liberos legitimos sāltim competit potestas patria Romanorum, seu eos quos ex iustis nuptiis procreauimus, per Pr. I. de P. P. Non ergo in liberos naturales, spūrios, adulterinos, incestuosos, aut cuiusvis generis alios. Pater enim (i. e. qui ciuilem in liberos haber potestatem) est, quem iustae nuptiae demonstrant per L. 5. D. de in ius voc. Filius vero qui ex viro et vxore eius nascitur. L. 6. D. qui sūi vel alien. sūnt iur. Vitricus ergo in liberos ex priori vxoris suae matrimonio natos, vel ficer in ficerum foce-ramue suos patriam potestatem non habet. Evidēm in §. 6. I. de Nupt. Vitricus et ficer patris loco esse dicuntur. At enim vero loquitur cit. Sphus sāltim de prohibitione graduum matrimonialium. Quemadmodum vero nullum simile extendendum vltra suum tertium, ita et quae inter patrem naturalem et vitricum ficerumue instituitur compa- ratio, non nisi pro substrata materia, de graduum prohibitio- ne accipienda est, minime vero, de qua hic loquimur, pa- tria potestate ciuili. Vitrico enim atque ficer ne quidem potestas naturalis omni ex parte data est. Aduersus vitri- cum enim actio furti, quae famosa est, et aduersus patrem naturalem non datur L. ii. §. i. D. de dolo malo recte tamen instituitur. Immo et ficerum et vitricum sine impetrata venia in ius vocari olim potuisse ostendit PASCHAL. de vir. P. P. P. III. C. IV. n. 18. ibique citati FVLGOS. ALEXAND. et IAS. ad L. 6. D. de in ius voc.

LV.

Sed quid de patre dicendum adoptiuo, an hic quoque in adoptatum habet imperium ciuile? Negandum hoc vi- deri possit ob pr. I. de P. P. vbi ii tantum, quos procreauimus, potestati nostrae subesse dicuntur. Contrarium tamen suadet expressa dispositio L. pen. C. et §. 2. I. de Adopt. Cum enim fictio adoptionis idem operetur quod veritas, et liberi adoptui naturalibus per omnia fere sint exaequati: adopti-

uus quoque pater in liberos adoptiuos aequae ac in naturales habet potestatem. Exceptio est in adoptione minus plena. Haec enim, cum vinculum naturale fortius sit ciuii, potestatem patriam in patre adoptio non operatur per *cit.*
s. 2. I. de Adopt.

L VI.

Ad modos denique, quod attinet, patriam potestatem acquirendi et soluendi, in his quoque ea, quae est ciuilis, insigniter differt a potestate naturali. Quemadmodum enim haec non nisi per solam procreationem acquiritur, ita et non nisi per mortem soluitur, ceteroquin perpetuo est uniformis. Ciuilis e contra Potestatis modi tam acquirendi quam soluendi plures sunt proditi. Praeter procreationem enim ex iustis nuptiis, de qua vid. *pr. I. de P. P.* constitutur ea quoque per legitimationem *L. 5. C. de natural. lib. Nou. 89. c. 9.* it. adoptionem plenam atque arrogationem *§. 2. I. de adopt.* Amittitur etiam non solum morte naturali filii vel patris, vid. *pr. I. quib. modius P. P. solu.* sed desuper multis modis aliis, qui partim patre volente et consentiente, partim vero eodem ignorantie imo dissentiente et iniusto continentur. Primo enim soluitur haec potestas modis omnibus, quibus tollitur in patre ius ciuitatis Romanae. Competit enim haec potestas patria solis Romanis ciuibus *§. 2. I. de P. P.* Patre ergo in seruitutem detruso, aut alio modo ciuitatem Romanam amittente, ius patriae potestatis in eo quoque finitur *§. 3. I. quibus mod. I. P. P. solu.* In specie igitur si ad metallum perpetuo damnatus aut bestiis subiectus, seruus poenae efficiatur, imperium in liberos amittit. Eadem ex ratione soluitur quoque potestas, si pater aqua aut igni interdicatur, aut quod huic poenae succedit, in insulam deportetur. Nam et hoc modo capitatis diminutionem patiendo, iura ciuitatis perdit, et peregrinus fit *§. 1. I. quib. mod. ius P. P. solu. L. 10. §. 6. D. de in ius voc. §. 2. I. de P. P.* Conf. hic *Cai. Inst. L. 1. Tit. 6. §. 1. et VULPIAN. fragm. Tit. X. §. 3. It. SCHIVLTING. Iurisp. Ante. p. 47.* Non vero soluitur potestas patria per relegationem in insulam *§. 2. I. quib. mod. ius P. P. solu.* aut per relegationem simplicem nulla certe insula

sula assignata, de quo vid. L. 7. p. D. de Interd. et releg. Quia per relegationem ius ciuitatis Romanae non amittitur. cit. L. 7. §. 3. de interd. et releg.

L VII.

An vero etiam per captiuitatem? Ita dicendum videatur secundum ius strictum et antiquum, per quod captiui ab hostibus etiam apud suos cives pro seruis reputantur, omneque ius ciuitatis et libertatis amittunt. conf. §. 4. I. de iur. pers. At enim vero nouo iure ius patriae potestatis durante captiuitate non penitus cessat, sed potius pender, per §. 5. I. Quib. mod. P. P. solu. Postquam enim Romani hunc stricti iuris rigorem postliminii et Legis Corneliae fictione temperarunt, iura captiuorum durante captiuitate apud suos manent in suspensi. E captiuitate enim reuersi, cuncta vi iuris postliminii recuperabant iura, quasi in servitute nunquam fuissent, e contra apud hostes decedentes per Legem Corneliam statim a tempore captiuitatis momento expirasse fingebantur vid. c. A. I. Infl. L. 1. Tit. 6. § 2. Igitur per solam captiuitatem patria potestas iure nouo non solebat, sed penderbat, donec captiuis vel ad suos reuerteretur, vel in captiuitate decederet.

L VIII.

Quae de patre haec tenus dicta sunt, ea cuncta obtinent quoque in persona filii. Quodsi enim et hic vel ad metallum damnetur, bestiis subiciatur, aut quacunque alia ratione seruos efficiatur, vel etiam aqua et igni interdicatur, aut ob maleficium in Insulam deportetur, in patris sui potestate esse definit, cum his modis omnibus solvatur ius ciuitatis Romanae, cuius Romanus autem aequo minus peregrinum, ac peregrinus ciuem Romanum in potestate habere potest. vid. c. A. I. Infl. L. 1. T. VI. §. 1. et VLPIAN. Fragm. Tit. X. §. 3.

L IX.

Ex eadem fere ratione solvitur quoque potestas patria venditione liberorum. Cum enim per venditionem in servitutem derrudantur, qui autem in dominica est potestate, in patris sui iure existere non possit; liberi a parentibus

venditi e patris potestate exeunt. Nec minus expositione infantum sanguinolentorum ius P. P. soluitur, cum suum quis dicere non possit, quem pereuntem contempsit, per L. 2. C. de *Infant. Exposit.* Quamuis sub Constantino liberi sanguinolenti venditi, pretio oblato quovis tempore e servitute in potestatem reuocari potuisse videantur, per L. 2. C. de *Patr. qui fil. suos diffraex.* per adoptionem quoque plenam ius patriae potestatis amittitur, cum quis ex adscendentibus nepotem in potestate patris sui existente filii filiaeue loco assimil. Quo facto adoptatus in potestatem adoptantis redigitur, per §. 2. I. de *Adopt.* adeoque ex pristina patris sui potestate exit, cum idem in duorum potestate esse non possit. Desuper tollitur potestas patria emancipatione scil. triplici ista, quam in iure proditam habemus, 1.) legitima, quae per trinas imaginarias venditiones peragebatur §. 6 I. Quib. Mod. ius P. P. solu. 2.) Anastasiana ab Imperatore Anastasio veterum tricarum pertacio introducta, qua explosione veteri fictione solum Principis rescriptum iudici ratione causae competenti insinuandum ad liberos etiam absentes emancipandos sufficiebat L. 5. C. de *Emanc. liber.* et 3.) Iustinianea, qua Iustinianus omnia in melius reformando noua emancipationis specie recta via competentes Iudices vel magistratus parentibus adire atque coram iisdem liberos emancipare permisit. §. 6. I. Quib. Mod. Ius P. P. solu.

LX.

Hicce igitur tribus modis permittitur quidem parentibus liberos ex patria sua potestate dimittere, vid. L. penult. C. de *Emancip. liber.* inuiti vero ad eosdem emancipandos non coguntur, nisi certis casibus, quibus accidente plerumque parentem graui delicto hi ad liberos emancipandos etiam inuiti compelluntur. Quo pertinet, si parentes lenones peccandi necessitatem filiabus impouerint, vid. L. 12. C. de *Episc. Audient.* ibique BRVNNEM aut si pater praeter pietatem in liberos saeuat, ita enim Diuum Traianum filium, quem pater male contra pietatem adficeret, emancipare coegisse legimus in L. fin. D. si a parente quis manumis. Cum patria potestas in pietate debeat, non in atrocitate, consistere.

L. 5.



L. 5. D. ad Leg. Pompei. Porro cogi potest pater ad filium emancipandum, si pecuniam vel legatum sub conditione, vt filium manumittat, acceperit, et postmodum manumittere recuset. *argum. L. 1. §. 3. s̄ a parent. quis manum. L. 92. de Condit. et Demonstrat.* Similiter adoptivus pater, adoptatum, si pubes factus, adoptionem sibi damnofam esse probauerit, emancipare cogitur. vid. *L. 32. sqq. de Adopt.* Et quae sunt eius generis alia.

LXI.

Nouissimus denique patriam potestatem soluendi modus dignitas est filii. Olim quidem et primis Romuli temporibus patris potestatem per dignitatem filii non expirasse, sed perdurasse omni vitae tempore, docet **DIONYS. HALICARNASS.** *Lib. II. Antiqu. Rom.* Romanorum autem legislator omnem (vt breuiter dicam) potestatem patri dedit in filium, idque roto vitae tempore, siue in carcerem eum detinendre, siue flagris caedere, siue vinculum alegare ad rustica opera, siue necare libeat, etiam si filius tractet Rempublicam, etiam si magistratus gesserit maximus, etiam si studii erga Rempublicam laudem sit promeritus etc. Tractu tamen temporis in hoc quoque a pristino huius iuris rigore recessum. Iam Vlpiani aeuo quibusdam dignitatibus Ecclesiasticis immunitas a patria potestate concessa legitur. vid. *Fragsm Tit. X. §. 5. In potestate parentum esse definit et hi, qui flamines Diales inaugurantur, et quae virginis Vestae capiuntur.* Post Iustinianni tempore, honores adhuc alii etiam seculares a patria potestate exenti sunt, et iure quidem Institutionum nulla nisi summa patriciatus dignitas. *§. 4. I. Quib. Mod. Ius P. P. solu.* Iure Nouellarum omnis dignitas a curia liberans, ut consularis, praefectorum praetorii etc. Vid. *Non. 81. C. 1.* Quibus denique accessit dignitas Episcopalis in Nou. cit. *81. C. 3.*

CAPUT

CAPVT. III.

DE VSV IVRIS PATRII
HODIERNO.

LXII.

FVit facies prisci iuris Patrii apud Romanos. Sequitur vſus eiusdem hodiernus. Qui ergo ex memoratis patriae potestatis capitibus hodiernum in Germania vſu feruentur, quie in desuetudinem abierint, iam vt inuestigemus, propositi exigit ratio. Circa hoc vero caput in longe diuersas Doctores abiere sententias. Sunt qui nullos, imo ne vmboram quidem, ex patriae potestatis effectibus apud Germanos apparere, sed ius patrium Romanorum apud nos ponitus expirasse serio defendant, vid. B. THOMAS. ad Tit. Inſt. de P. P. p. 35. nec non Dissertatione dupli, altera de Vſu Iur. Paterni Romanorum secundum mores Germaniae et Ius Borussicum reuifum, altera de Vſu pratico tituli Inſtitutionum de P. P. GYPHAN. in Comment. ad §. 2. I. de P. P. conf. et GVDELIN. de Iure Nou. L. 1. C. 13 §. 5. GROENEWEGEN. de LL. Abrogat. ad Tit. Inſt. de P. P. p. 35. autoresque ibidem citatus. Sunt e contra, qui plerosque imperii Paterni effectus hodiernum apud nos in vſu esse contendunt. vid. STRYK. in vſumod. ad Tit. D. de his, qui ſui vel alien. ſunt Iur. §. 3. HOPP. in vſu bod. ad Tit. I. de P. P. CARPZ. P. II. c. 10. HVBER. in prael. ad I. Tit. de P. P. §. 3. Quorum tententiae et nos calculum adiicere nulli dubitamus. Sicut enim quae-dam patriae potestatis Romanae capita apud nos in vſu es-ſe delierunt, ita non pauciora ſunt, quae aequae ac apud Ro-manos hodie in viridi esse obſeruantia deprehenduntur.

LXIII.

Qui vero ſint iſti P. P. effectus, qui vſu hodie feruantur, et qui e contra in desuetudinem abierunt, generali aliqua regula, quod ego quidem ſcio, nondum fuit determinatum. Periclitabimur ergo, vtrum generali aliquo axiomate totum negotium expedire queamus. Fundamenta eius po-ſita a nobis ſunt praecedentibus capitibus, praeprimis §. XI.

et

et XVIII. Distinximus ibi patriam potestatem in naturalem et ciuilem, ciuilem rursum in eam, quae bona respicit liberorum, et quae afficit eorum personam. Inter haec igitur patriae potestatis capita primum i. e. potestas naturalis, quia ex iure naturae, quod immutabile est, habet originem, hodiernum in Germania in usu est; etiam quod ea, quae ius ciuile eidem addidit, nisi quatenus iam ipso iure Romano fuerunt immutata. In usu quoque est ius patrium quoad alterum caput, quod est potestas ciuilis in liberorum bona nisi quatenus hoc quoque ab ipsis Romanis iam olim fuit abrogatum. Ast cessat hodie in totum caput tertium, seu potestas ciuilis, quatenus ius tribuit in liberorum personam, ita ut huius quidem vix umbra super sit aut vestigium. His ita praemissis, agendum singulos patriae potestatis effectus in praecedentibus traditos percurramus, iuxta regulam modo datam examinandos.

LXIV.

Igitur ut de potestate naturali, quam per omnia seruari hodie diximus, denuo fiat initium. Huius primus effectus est ius reuerentiae vid. supr. c. I. § IV. Hanc autem et hodie parentibus deberi aequae ac apud Romanos nullum est dubium, nisi ipsum iuris naturae preeceptum, *Honestas viuas moribus labefactatum esse dicere malis.*

LXV.

Reuerentiae erga parentes unum consequens est, quod a liberis priuatim in ius vocari absque imperata venia non possint. vid. supra § V. Atque hic patriae potestatis effectus nec hodie in desuetudinem abiisse censendus est. Equidem cum priuata illa et quodammodo violenta Romanorum in ius vocatio moribus exoleuerit, parentes secundum plerorumque locorum consuetudinem etiam sine impremita venia in ius vocari, nullamque hic esse inter has et ceteras personae diversitatem in confessu est; sed inde nondum sequitur, detractum quid esse moribus nostris reuerentiae parentibus debitae, et aequitati naturali a Romanis agnita. Prohibita erat apud Romanos priuata illa, quae violenter, saepe et obterto collo fiebat, in ius vocatio pa-

G

rentum,

rentum, haec vero nec hodie est permissa, potius prohibitiō Romana extensa est a parentibus ad ceteras quoque personas. Interim nec hodie deesse prouincias, in quibus non nisi imperata venia vocari queunt parentes, testatur inter alia Würtembergisch Land-R. P. I. T. II. §. fin. et ius Pruten. L. I. Tit. XIV. art. 6. §. 6. quibus parentes sine imperata venia in ius vocari sub poena arbitraria et nullitate cirationis prohibentur.

LXVI.

Reuerentiae parentibus debitae alterum consecutarium est, quod actionibus famosis in specie doli conueniri a liberis non possint, vid. supra §. VI. Idem igitur et hodie fernari testis est BRVNREM. ad L. 5. D. de in ius voc. et ad L. n. 12. D. de dol. mal. COCCEL in Iur. contr. Tit. de dol. mal. qu. g. STRYK. in vſu mod. ad Tit. de in ius voc. §. 2. &c. Non defunt tamen, qui hoc quoque paternae reuerentiae caput hodie extra vſum esse contendunt. Aliunt communiter nomen actionis in libello hodie non amplius esse exprimendum, adeoque actiones quascunque etiam famosas et dolii contra parentes instituti posse, omisso saltim famosae actionis nomine, cum ita non appareat, vtrum actio sit famosa an vero in factum. vid. GROENWEGEN de LL. Abrogat. ad L. 2. D. de dol. mal. Enimuero vt taceam, opposita incompetentis actionis exceptione, per indirectum compelli posse actorem ad indicandum nomen actionis institutae, certe ex ipso etiam libello eiusque concludendi fundamento facile apparebit, quo iudicio aduersus reum experietur actor. Ut enim intelligat index, vtrum teneat reum instituta actio nec ne? libellus semper ita formandus, vt de actionis genere, quo experietur, ex ipso libello constare possit. Quod si ergo actor reum in dolo fuisse supponens, in hoc fundamentum collocauerit, satis ex ipso patet libello institutam esse actionem dolii, vt ut vel maxime nomen non sit expressum. Econtra si dolii mentione detracta, verba in factum temperauerit, vt ait VLPIANVS L. n. de dol. mol. non dolii sed in factum actione agi intelligitur.

LXVII.

LXVII.

Instant vltierius dissidentes atque vel exin hanc Romanii iuris dispositionem hodie vsum non habere contendent, quod actiones dolii similes hodie non infamant. vid. B. THOMAS de *Vsi Action. poen. C. 3. §. 15. 16. it. ad Tit. D. de Dol. mal.* Conf. et GROENWEGEN de *LL. Abrogatis ad L. vlt. C. de Dol. mal.* Verum posito etiam fed non concessio actionem dolii et similes hodie non infamare, inde tamen non sequitur, actiones famosas hodie dari aduersus parentes, confirmantur potius hoc ipso dictamina iuris ciuilis. Si enim hodie actiones famosae prorsus non dantur, eo minus est dubii, eas nec competere aduersus parentes. Dein eti, an infamer hodie actio dolii, adhuc sub iudice lis sit, certe tamen sigillat famam rei. Atqui nec tales dantur liberis aduersus parentes vid. supra §. VI. Constat enim nec dolii exceptionem opponi parentibus posse, non quod infamat, sed quod opinionem sigillat atque famam parentum. *L. 4. §. 16. D. de Dol. mal. Except.*

LXVIII.

Sed quid dicemus de colore furoris atque dementiae, de quo porro actuū supra §. VII. An igitur et hic hodie aequē ac apud Romanos praetexendus erit querelae inofficiosi contra testamento parentum? Evidem Romanos commento isto existimationi parentum parum consuluisse crediderim, si enim non durius, certe nec mitius videtur, patrem dicere stultum, dementem, furiosum, et rationis omnis expertem, quam vocare eum iniustum et inofficium. Inde Doctorum plerique fucum istum in libello querelae inofficiosi a liberis hodie necessario exprimendum haud esse, non absque ratione contendunt vid. STRVY. *Syntagma. iur. ad Tit. de inoffic. T. I. S. 3. TITII Ius Privat.* Lib. 7. c. 14. §. 4. ILL. BOEHMER de *Aet. p. m. 125. aliquae.* Quorum et nos accedere opinioni nulli dubitamus, praemissis cum fucus iste a solemini formularum conceptione dependeat, quarum hodie in foris nostris nullus est vſus. Interim tamen ipsum de reverentia erga parentes praecipuum in Germania obsoleuisse dici non potest, licet color

furoris atque dementiae, quo iuuare illud, minus tamen feliciter, intenderunt Romani, in quarelæ inofficiosi exule, quamvis et hoc dubio non careat, nec desint, qui fucum istum hodienum inofficiosi quarelæ practexendum esse censent. vid. inter alios COCCÆ. I. controu. Tit. de Inoffic. Test. Qu. 3.

L XIX.

Quod attinet ad moderatam, coercionem, de qua actum §. VIII. Hanc quoque hodienum vſu seruari in confessio est omnium. Patrem enim hodie liberos suos moderate coercere, verberare et poenis afficere posse ad eos emendandos manifestissimi iuris est. Immo ergastulo quoque liberi ad parentum instantiam hodie includuntur. Quam parentum potestatem eo vsque aliqui extendunt, ut patri filium verberibus resistentem ius interficiendi quoque tribuant. vid. PASCHAL. de Vir. P. P. P. III. C. IV. n. 7. ibique cit. HIPPOL. LVDOV. CANER. DVENN. IVL. CLAR. aliisque. In specie quoque secundum statuta Hamburgenſia moderata castigatio Patri permittitur in Artic. 48. P. IV. Sonst wird mäſige Züchtigung, dem Ehemanne über seine Hauß-Fraue, den Eltern über ihre Kinder, den Praeceptoris über ihre Discipulen, dem Hauß-Wirth und der Hauß-Mutter über ihre Knechte und Gesinde billig erlaubt und zugelassen; würde aber jemand bei dieser Züchtigung zu weit gehen, und einen der vorgedachten Personen dergestalt beschädigen, daß der Tod daraus erfolgte, auf den Fall müssen solche vorbenannte Personen, andern gleich, die einen Todschlag begangen, zu Rechten stehen, und Gerichtlichen Austrags wegen solcher Mißhandlung erwarten.

L XX.

Similiter quae in §. IX. de necessitate alendi parentes egenos dicta sunt, hodienum obtinere, non est quod dubitamus, cum aliud dispositum nullibi reperiatur. Quod ergo

ergo non mutatur, quare stare prohibetur? Iuxta L. 27. C.
de Testam.

LXXI.

Exheredationis quoque poenam ob parentes furiosos neglectos, vel e carcere non redemtos, de qua §. X. et XI. egimus, et hodie locum habere, liberosque parentes furiosos negligentes, aut e carcere non liberantes, a legitima portione excludi posse, nullum est dubium. Quatuordecim enim exheredandi causas in Nou. 115. expressas, inter quas et hae deprehenduntur, vsu moderno esse comprobatas, nemo ambigit. In specie quod attinet statuta Hamburgensia, inter ceteras exheredationis causas, hae quoque approbantur de quibus diximus, in Artic. 29. P. III. T. I. verb. Es mögen die Eltern ihre Kinder und Encklin in nachfolgenden Fällen, von ihren wohlgewonnenen Gütern enterben. = = = Item so ein Sohn, Tochter oder Encklin ihre Eltern, die Schulden, oder anderer Ursachen halben in Gefängniß kommen, auf deren Ansuchung zu ihrer Entledigung nicht nach ihrem besten Vermögen helfen, noch für sie gut oder Bürge werden wollen. = = = Item so die Kinder ihren Eltern, welche mit beschwerlicher Krankheit des Leibes oder mit Gebrechlichkeit der Vernunft beladen, keine Handreichung thun, noch zu derselben Unterhaltung nothdürftigen Ordnung oder andere Pflegnis nach ihren Vermögen mittheilen wollen. Sollen die Eltern ihre Kinder nicht allein zu enterben Zug und Macht haben, sondern auch ic. ic.

LXXII.

Quae postremum in §. XII. de portione legitima post fata liberis tirulo institutionis honorabili relinquenda, sequuntur, eadem et hodie indubitati sunt iuris, constantiae vsu seruantur. Quo posito, est enim tam certum, ut probatio non indigeat, ad alia, quae altioris sunt indaginis, et plus dubii habere intelliguntur, nos accingamus.

LXXIII.

Restaret, ut vsum modernum eorum, quae a §. XIII.
vsque ad finem Cap. I. occurrant, adhuc ostenderemus.
Verum et hic prolixiori probatione supersedemus merito.
Cum enim ipsa potestas naturalis procreationis intuitu
competat, atque sic ab ipsa natura sit, hinc eam hodienum
in liberos pariter naturales competere ac legitimos, matri
aeque communem esse ac patri, primi non minus ac vite
riorum graduum deberi adescendentibus, nec distinctionem
villam recipere, vtrum ciuis Romanus quis sit, an peregrinus,
ac denique non alio modo quam morte ipsa solui nemo
facile dubitauerit, quod enim iuris est naturalis et diuini,
nulla vniquam humana lege vllatenus aut tolli potest
aut immittui. Ex pluribus istis vnum saltem exempli loco
ut proferamus, modica coercitio, de qua modo secundum
statuta Hamburgensia ad Patrem non est restricta, sed pa
rentibus indistincte permissa Artic. 48. P. IV. verb.
Sonst wird mässige Züchtigung den Chemanne über seine
Haus-Fraue, den Eltern über ihre Kinder ic. billig er
laubt und zugelassen.

LXXIV.

Ostendimus vsum modernum patriæ potestatis nat
uralis, ordo dicit ad ciuilem, eamque quatenus ius tribuit
in liberorum bona. Eatenus enim & hanc in Germania
obtinere diximus supra §. LXIII. Potissimum vero huius
potestatis momentum est, quod pater per liberos acquirat.
de quo vid. supra dict. §. XXXVIII. Acquirit ergo et ho
die pater per liberos non quidem aeque ac iure veteri, quo
omne, quicquid pertineret ad liberos, proprietatis iure
cedebat parenti. Hoc enim sicut iam a Constantino M.
maximam partem immutatum, conf. L. 6. §. 3. C. de Bon.
qua lib. L. 1. C. de Bon. Mat. ita multo minus hodie in vsu
esse poterit; sed ad eum effectum, ad quem hanc potesta
tem demum restrinxit Iustinianus in L. 6. §. 3. L. 8. C. de
Bon. qua lib. Conf. et §. 1. 2. I. per quas pers. cuiq. acquir.

Vt

Vt scil. ipsae quidem res suae liberis saluae sint, patri autem vſusfructus ex iisdem competit, et quidem P. P. durante ex omnibus bonis, ea autem per emancipationem soluta ex dimidia bonorum parte in praemium factae emancipationis. Quod igitur Patri durante potestate etiam hodie competit vſusfructus in omnibus liberorum bonis, quae non ipso iure Romano specialiter exemptae sunt, quorum pertinet v. c. Castrenia, nemo ambigit. Evidem iure Hamburgensi hoc quodammodo limitatum, et ad bona tantum materna nec non ratione aetatis liberorum ad annum decimum octauum fuit restrictum, in Artic. 4. P. III. T. III. Secundum quem, patri in bonis liberorum aliunde quam a matre quaesitis, vſusfructus non competit, imo ne in his quidem postquam liberi compleuerunt annum XVIII. Und hat der Vater in denen seinen Kindern zugethilten Güthern die Abnützungs-Gerechtigkeit, bis die Kinder achtzehn Jahr vollkommenlich erreicht. Jedoch ist er dagegen schuldig, die Zeit über seine Kinder nicht allein zu alimentiren, und mit Kleidungen zu versorgen, sondern auch da sie tüchtig zu den Studien, Kaufmannschaft, oder Handwerken, auf seine Kosten zu halten, es wäre denn, daß der Vater und der Kinder nächste Freunde sich auf eine kürzere Zeit, wegen der Abnützung, mit einander vergleichen, oder die Töchter vor Erreichung der achtzehn Jahr verheirathet würden. In denen Güthern aber, welche den Kindern nach Absterben ihrer Mutter, von ihren Groß-Vater oder Groß-Mutter, oder andern Verwandten anerben, hat der Vater die genießliche Nutzung nicht, sondern wird dieselbe den Kindern vorbehalten. In ceteris tamen Germaniae nostrae prouinciis quoad hunc passum iura Romana citra distinctionem obtinent. Speciatim de Saxonia testatur Dec. Elect. Saxonia 62. et Responsum Scabinorum Lips. apud STRYKIVM in Vſu Mod. Tit. de Pecul. §. 8. verb. Zumahlen weil den Vätern der Vſus-

Vsusfructus in der Kinder Güther, allein iure patriae potestatis zustehet.

LXXV.

An autem et finita per emancipationem potestate, patri in dimidia bonorum parte integer sit hodie vsusfructus, vt iure Romano a Iustiniano statutum fuisse diximus, id Doctores ad vnum fere omnes negare videntur vid. *Vf. Mod. Tit. de Pecul. §. 12. BRVNNEM. ad L. 4. C. de Bon. quae lib. HOPP. in Vf. bod. ad §. 2. I. per quas Pers. cuq. Acquir. HVBER. Prelect. ad Inst. Tit. eod. §. 4.* aliquique Moti hoc potissimum argumento, quod hodie post tacitam, vt aiunt, emancipationem per nuptias aut peculiaris oeconomiae institutionem factam, pater omnia liberis bona restituere teneatur, nec in minimo vsumfructum retineat, id quod non tantum experientia quotidiana testatur, sed in iure Prouinciali Saxonico fundamentum habet. vid. L. 1. Artic. II. vbi ita disponitur: *Hält ein Vater seine Kinder in Wormundschafft nach ihrer Mutter Tode, wenn sie sich darnach vor ihm scheiden, er soll ihnen lassen alles ihrer Mutter Guth.* Quae cum ita sint facta emancipatione hodie patrem vsumfructum non amplius retinere in dimidia bonorum parte, sicque hoc patriae potestatis Romanae momentum in Germania hodie penitus cessare communis fert sententia,

LXXVI.

Sed salua res est, nullam patitur hic regula nostra exceptionem, et si enim negari non debeat, iure hodierno post nuptias aut peculiaris oeconomiae institutionem patri nullum in bonis liberorum relinquvi vsumfructum, non tamen sequitur inde, quod vsusfructus dimidiae partis bonorum patri olim post factam emancipationem competens hodie cesseret. Nuptiae enim et peculiaris oeconomiae institutio non sunt emancipatio, vt ut vulgo pro ea falso reputantur. Sunt quidem modi soluendi patriam potestatem, non vero omnis modus soluendi patriam potestatem emancipatio est. Et mors et dignitas filii sunt modi finiendi

pa-

patriam potestatem, emancipationis autem species non sunt. Mirum quantum autem differt emancipatio a reliquis patriam potestatem soluendi modis. Emancipatio est actus sollemnus L. 3. C. de Emanc. Liber. Sollemnitatem describit VLPIANVS *Fragm. L. 1. T. 6. §. 3.* Ad emancipationem consensus patris expressus desideratur, cit. L. 3. C. de Emanc. Liber. et pater inuitus ad emancipandum cogi non potest, §. fin. I. Quib. Mod. Ius P. P. solu. exceptis quibusdam casibus supra expositis. §. LXVIII. Emancipatus patitur capitis deminutionem, etiam hodie, uti contra dissentientes euincit STRYKVS in *Vsu Mod. Tit. de capit. Minut. §. 2. seqq.* amittit familiam patris, et simul iure veteri ius succedendi ab intestato etc. Quae omnia secus sunt in reliquis P. P. finiendi modis, in specie separata oeconomia et nuptiis. Qui enim alia ratione quam per emancipationem e patris potestate exir, capite non minuitur. Argum. L. 3. §. fin. D. Ad SCrum Mace*d*.etc. Singula haec pluribus perfecutus est ILL. BOEHMER *Dissert. pecul. de statu liberorum sui juris factorum per separationem & nuptias*, et B. THOMAS *Dissert. de Quasi emancip. Germanorum §. XL. seqq.* Quae cum ita sint, neque secundum ipsius Romani iuris principia post nuptias separatamque oeconomiam patri reliquis erit dimidiae partis bonorum vflusfructus, cum iure Romano non indistincte soluta potestate eum pater retineret, sed tantum si per emancipationem parentes liberos e potestate sua dimiserint, in praemium factae emancipationis. Quod si e contra alia ratione patriam potestatem dissolui contingat, priuilegio hoc patres iure ciuili non gaudebant. Si igitur & hodie casus acciderit verae et expressae emancipationis, patrem vflusfructum in dimidia bonorum parte aequae ac apud Romanos esse retenturum, nullum est dubium. Consentit HOPP. in *Vsu hodiern. ad Tit. I. per quas pers. cuique acquir. §. 2.* HVBER. in *Legion. iur. controu. cit. Tit. n. 9. B. MENCK. in Vsu Theoret. Pract. Inst. Tit. eod. §. 2.* aliisque.

LXXVII.

Sed nouum hic emergit dubium, si enim nuptiae et
H sepa-

separata oeconomia non sunt species emancipationis, tanto certe maior inter mores nostros et ius R. intercedere videtur diuersitas, propter L. i. C. de bon. matern. & L. 4. C. de Bon. quae Lib. ex quibus Doctores euincere conantur, iure Rom. patria potestate soluta, vsumfructum regulariter non finiri, sed in cunctis bonis durare integrum vsque in extremum diem vitae, nisi alia specialis, vt in emancipatione, subsit dispositio. vid. STRYK. in Vf. Mod. Tit. de Pecul. §. 13. CARPZ. P. II. c. X. Def. 7. Enim vero nec haec communis Doctorum sententia doctrinae iuris Romani satis esse conformis videtur. Morte quidem filii non finiri vsumfructum intelligitur ex L. fin. C. Commun. de Success. & L. 3. C. de Bon. quae Lib. quod vero idem quoque in ceteris Patriam potestatem finiendo modis iuris sit, illud ex cit. L. i. C. de Bon. Matern. et L. 4. C. de Bon. quae Lib. non probatur, dicitur citatis LL. vsumfructus durare vsque in diem vitae, quia scil. durabat quoque patria potestas per omne vitae tempus apud Romanos, vt supra vidimus ex Dionysio §. LXI. Quod autem patria potestate et alia ratione soluta, vsumfructus permanenter penes parentem, illud neque probatur ex legibus allegatis, neque iuris nostri oeconomiae satis conuenire videtur. Vsumfructum in bonis liberorum constat esse effectum patriae potestatis. Hac igitur quoquis modo soluta, soluitur etiam, qui eius effectus est, vsumfructus. Deinde si Iustinianus ex speciali priuilegio, et in praemium factae emancipationis, parentibus liberos e potestate dimittentibus dedit vsumfructum dimidia partis, sane non potuit regulariter, ei iure communi soluta potestate patri competitissime vsumfructus omnium bonorum, alias non dedisset Imperator aliquid parentibus liberos emancipantibus, sed ademisset, priuilegium concedendo odiosum magis, quam favorabile. Quamobrem nec hic aliquid deprehendo, in quo hodie recessum sit a iure ciuili, iuxta quod soluta patria potestate, sicut reliqui effectus omnes, ita vsumfructus quoque periisse videtur. In quo amicissime rursus conspirant mores Germanorum cum Legibus Romanis.

LXXVIII.

LXXVIII.

Progredimur ad fictionem vnitatis personae, de quo supra §. XL. seqq. Evidem cum illi ipsi effectus, ex quibus vnitatem personae finixerunt sibi ICti, plenario per liberos acquirendi iuri originem debeant, hoc autem iamdudum per ipsas leges Romanas praeprimis Constantini et Iustiniani maximam partem fuerit sublatum, sane si vel sub ipsis adhuc Imperatoribus olim, vel hodie apud nos omnes isti effectus, quos §. XL. seqq. recensuimus, in defuetudinem abiissent, nec mirum, nec regulae a nobis traditae foret contrarium. Verum cum lege aliqua expressa circa memoratos P.P. effectus iure Romano aliquid immutatum non sit, eosdem et mores nostri per omnia seruarunt.

LXXIX.

Et primo quidem quod attinet ad dicta §.XL. Quod filius stipulari possit patri, eadem aequae obtinent moribus nostris, quae olim apud Romanos. Nec obstat, quod moribus tertio indistincte pacisci liceat, etiam extraneo, vradeo nulla hoc respectu filium inter et extraneum subesse videatur differentia, prout sentit B. THOMAS. *in notis ad Inst. Tit. de inutil. stipulat. p.m. 220. BRVNNEM. ad L. 25. D. de Pac. n. 3. MEV. P. IV. D. 112. n. 5. aliquique.* Haec enim, si vera sunt, confirmant potius regulam nostram, non evertunt. Si enim indistincte hodie tertio acquiri potest ius, multo magis patri poterit a filio. Sed ne vera quidem haec dici possunt, potius regulariter hodie quoque tertio pacisci non licet, ne quidem matri, prout iudicatum refert B. MENCKENIVS *in usu Theoretico Practico Institutionum Tit. de inst. stipul. §. 3.*

LXXX.

Porro quae §. XLI. tradita fuere, hodie quoque indubitati sunt iuris. Pater enim liberorum nomine, quos in potestate habet, recte agit in iudicio, liberi vero ipsi sub potestate constituti in iudicio non admittuntur, et generaliter omnia ea, quae hac ex parte fanciuit ius Romanum, hodienum in Germania in viridi sunt obseruantia, iuxta vnam omnium Doctorum sententiam.

LXXXI.

Similiter quae in §. XLII. ex L. 4. et II. D. de Iudic. sequuntur, hodie sunt iuris. Durante enim P. P. nec filius patrem, nec pater filium conuenire iudicialiter potest. Equidem hodie patrem liberis peculiarem oeconomiam insti-tuentibus ad bona aduentitia tradenda teneri nullum est dubium, verum haec obligatio non prius nascitur, quam potestate per pecularis oeconomiae institutionem vel nuptias sublata. Id quod et iure Romano procedebat, vbi dicta prohibitio respiciebat saltim statum liberorum, quo parentum potestati adhuc erant subiecti. Hac autem soluta, et parentes a liberis et hi vicissim ab illis in iudicio conueniri potuisse certum est. vid. cit. §. I. D. de iudiciis. verb. *Quem in potestate habemus.*

LXXXII.

Sequitur §. XLIII. eiusque usus hodiernus. Equidem cum negotia liberos inter atque parentes magis ex aequo et bono, quam secundum rigorem iuris civilis peragi debent, et patres ad fidem seruandam vltro sint proni, liberi vero aduersus parentes suos iudicaliter experiri, eosque ad fidem seruandam civilibus remediis adigere non facile soleant, controuersiae de obligatione parentum et liborum inuicem forte erunt rariores. Quod si interim eueniat casus, nec hodie ex contractu patris cum filio dandam esse actionem, Doctores plerique contendunt, Conf. HOPPE. ad §. 6. I. de Inut. Stipul. PASCHAL. de Vir. P. P. I. C. 4. Accedit quod Saxoniam Decis. El. 23. §. Nachdem aber ein minderjahriger noch in väterlicher Gewalt ist ic.

LXXXIII.

Porro quod ad successionem attinet, erant de iure Romano liberi in potestate existentes heredes sui et necessarii. Vid. supra §. XLIV. Hodie igitur necessarii heredes liberi quidem non sunt, sed et iure Romano iam esse desierunt, postquam Praetor abstinere hereditate volentibus permisit. §. 2. I. de Hered. Qual. et Diff. Sui autem heredes et erant iure Romano, etiam sublato plenario per liberos acquirendi iure, vid. §. 1. seqq. I. de Hered. Qual. et Diff. et sunt

sunt hodiernum ad hunc effectum, ut ipso iure et citra aditionem seu immixtionem etiam ignorantes hereditatem acquirant, eamque ad heredes iterum transmittant, cum e contra extranei id non possint nisi hereditate adita. Vid. STRYK. in *Vf. Mod. ad Tit. de Acquir. vel omitt. hered.* §. 6. 7. B. MENCK. in *Tradit. Synopt. Inst. Tit. de Hered. Qual. et Diff. HYBER in Praeleg. ad Tit. D. de Acqu. vel omitt. hered.* §. 1. TITIVS in *Iur. Priu. L. VII. C. 12. §. 25. in fin. verb.* *Quod tamen obseruari non solet.* Vtut dissentiant alii, heredesque extraneos cum suis praxi hodiernia etiam in hoc exaequatos esse contendant, vid. CARPZ. P. III. C. XIV. D. 15. n. 3. Quamvis et hic paulo post aliter sentire videatur L. c. D. 23.

LXXXIV.

Idem obtinebat iure Romano si turbato mortalitatis ordine liberi superstitibus eorum parentibus morerentur. Parentes enim hoc quoque casu citra aditionis sollemnitatem hereditatem et acquirebant, et ad suos heredes transmettebant, de quo vid. supra §. XLV. Id quod nec hodie secus esse videtur, sed eodem iure et patres Germani vntuntur. Etenim et hos liberorum hereditatem citra aditionem adipisci, eamque etiam inscios ad heredes transmittere testantur COCCEL. in *Iur. controu. L.V. T.II. Q. 25. §. 3. BRVN-NEM. ad L. 2. D. de Caſtr. Pecul. aliquie.*

LXXXV.

Hactenus de vnitate personae: succedit testamenti factio filiis fam. prohibita, de quo supra §. XLVII. seqq. Idem igitur et hodie obtinere, filiumque familias durante patria potestate testari non posse, in dubium vocat GROENEWEGEN ad pr. I. *Quib. non est permitt. fac. Test. aliquie ab eo civi- tati, nec non B. THOMAS. Tit. eod.* Idque ex generali praesupposito, quo omnes fere patriae potestatis Romanae effec- tus penitus hodie cessare creduntur. Quemadmodum vero quae refert GROENEWEGEN ad Belgium tantum aut quae- dam Galliae loca restringenda sunt; ita de Germania no- stra eiusque praxi contrarium testantur, filioque fam. testa- menti factionem aequa ac apud Romanos penitus esse pro- hibitam docent SCHILTER ad Pand. Exercit. 38. §. 17. BERG.

*Oecon. Iur. L. II. T. 4. §. 10. p. m. 364 in fin. B. MENCK. in
Tract. Synopt. Inst. ad Tit. Quib. non est permis. fac. Testam.
In specie in Borussia Electorali ut et Frisia ius Romanum
hac ex parte speciali lege roboratum esse monet HOPP. ad
pr. Inst. Quib. non est permis. fac. Test. in usu hodi.*

LXXXVI.

Sed an idem quoque obtinet Hamburgi? dubium facere posset statut. Art. 13. P. III. Tit. 1. Ferner mögen auch von wohlgewonnenen Guth kein Knabe unter achtzehn Jahren, noch eine Frauens-Persone, sie sey ledig oder verheyrathet, ohne Wurmund in ihren Testament oder letzten Willen etwas vergeben. Vnde a contrario sensu argumentari posse videtur: ergo omnis, qui pubertatem plenam adeptus est, de bonis acquisitis testatur, siue filius sit, siue Parterfam., cum oppositorum opposita sit ratio. Sed fallit hoc argumentum, non enim omnes, qui octodecim annis maiores sunt, indistincte posse facere testamentum, non furiosos, non prodigos, non mytos et surdos etc. ex subsequenti Articulo 15. intelligitur. Quamobrem cum circa Testamentum filii fam. iure Hamburgensi nihil specialiter dispositum, standum erit decisioni iuris communis, iuxta Artic. fin. P. IV.

LXXXVII.

Ordo dicit ad §. XLVIII. seqq., quo de mutuo filii-fam. et prohibitione SCti Maced. fuit a nobis dictum. Huius igitur SCti hodiernum frequentem esse praxin eo minus est dubii, quo magis ipse GROENEWEGEN alias ad denegandum usum patriae potestatis admodum procluvis ad Tit. Cod. ad SCt. Maced. diffiteri nequit, esse adhuc aliquem SCti usum in foris hodiernis. In specie autem de praxi Germaniae testantur TITIUS in Iur. Priu. L. IV. C. 8. §. 8. BERGER. in Oec. Iur. L. 3. Tit. 2. §. 2. not. 6. et 9. BRVNREM. ad L. 1. seqq. D. et C. ad SCt. Maced. SCHILT. ad Pandect. Exercit. 27. §. 71. seqq. BARBOS. Loc. commun. L. XVII. C. 18. n. 2. 3. STRYK. Vf. Mod. L. 14. T. 6. §. 1. seqq. Immo sanctionem SCti Macedoniani in Germania expresse receptam legimus per Capitulationem Caroli M. et Ludouici Pii, verb: *Qui filio-fam.*

fam. contra interdicta legum inscio Patre pecuniam commoda-
uerit, eam nec viuente nec mortuo patre ab eodem poterit po-
stulare. vid. LINDENBROG Cod. LL. Antiqu. Capit. 225. L. 7.
nec non per Constitutionem Rudolphi II. d. a. 1589. quam
exhibit S TRYK in Vf. Mod. Tit. ad SCt. Maced. §. 3. In specie
Saxonise praxin confirmant praecidicia apud CARPZ. Dec.
256. n. 1. 2. Conf. X. P. ii. Def. 16. 17. Immo per Mandatum
Regium de anno 1718. SCtum Maced. magis adhuc exten-
sum, et filiosam. etiam Cambii datio generaliter interdicta
est sub poena nullitatis. Verbis: Als haben wir nach reisser
der Sache Überlegung, für gut und nöthig befunden, ver-
mittelst dieses unsers, zu iedermännigliches Wissenschaft
ins Land zu publiciren anbefohlenen Mandats ernst- und
nachdrücklich zu verordnen und fund zumachen: daß hin-
fuhro die Studiosi, so auf einer, von ermeldten unsern beeden
Universitäten sich wirklich befinden, so wohl die minder-
oder volljährig sind, ingleichen außer den selben alle andere,
so annoch unter väterlicher Gewalt stehen, keine Wechsel-
Briefe aussstellen, noch andere, wer die auch seyn, solche von
ihnen annehmen, oder wiedrigfalls erwarten sollen, daß
ihnen daraus wieder die Ausstellere, weder bey währenden
solchem Zustande, noch auch hernach auf dessen erfolgte
Veränderung, verholßen werde, gestalt denn ein derglei-
chen ausgebrachter Wechsel-Brief nicht einmahl als eine
bloße Handschrift gelten, am wenigsten aber darauf das
Wechsel-Recht iemahls verstatte werden soll.

LXXXVIII.

Tradita quoque ſphi L. de potestate liberis suis pu-
pillaryiter substituendi hodienum in viridi effe obſeruantia
extra dubitationem est positum. vid. S TRYK vſu mod. Tit. de
vulg. et pupill. ſubſtit. §. 1. HOPP. ad pr. Tit. Inſt. de Pupill. ſubſtit.
in vſu mod. SCHILT. ad Pand Exercit. 38 §. 93. BRVNNEM.
ad L. 2 ſeqq D. de vulg. et pupill. ſubſtit. De praxi Saxoniae te-
ſtatur iterum CARPZ. P. III. Confit. 8. def. 1. 2. 12. imo ipsa
Conf. cit. 8. nec non Dec. Sax. 47. Equidem in hoc aliquan-
tisper

tisper recessisse videntur leges Saxonie a placitis Romanorum, quod Patri per substitutionem pupillarem eos, quibus a Substituto legitima debetur, ab eadem excludere non liceat, per *cit. Conf. El. Sax. 8. P. III. et D. 47.* quod ipsi tamen licebat iure Romano, vid. *VLPIAN. in L. 8. §. 5. D. de inoff. Test.* cui etiam adstipulatur Pontifex *in c. 1. infn. de Test. in 610.* Verum haec ipsa dispositio 1) solam concernit Saxoniam Electoralem, adeoque ab hac ad vniuersalem praxin Germaniae inferre non licet, 2) non omnem potestatem tollit pupillariter substituendi, sed illam sicut aliquantisper restringit, 3) denique id tollit, quod ipsis iuris Romani principiis non adeo consentaneum est. Patrem enim pupillariter liberis substituendo matrem vel alios, quibus debetur legitima, eadem defraudare posse perquam durum videtur. Ratio certe, quam reddit *VLPIANVS in L. 8. §. 5. D. de inoff. Test.* quod filio testamentum faciat pater, qui ad relinquendam matri legitimam, non erat obligatus, satis iejuna est; sufficit enim, quod reuera sit testamentum filii *L. 2. §. 1. D. de pupill. subst.* quicunque autem id filio fecerit, perinde est. Sane cum filius ipse, si testamentum condidisset, matrem aut fratres portione legitima priuare haud potuisset, ita multo minus facere id poterit, qui vice filii fungitur pater, cui plus iuris in bonis liberorum, quam ipsis liberis competere nullo pacto potest.

LXXXIX.

In quantum vero ipsa haec potestas ciuilis hodie in usu est, in tantum haud dubie obtinent quoque differentiae huic a patria potestate naturali §. LI. seqq. indicatae. Solis igitur ciuibus competit potestas in liberorum bona. Quamuis enim iam olim constitutione D. Antonini omnes in orbe Romano qui sunt, ciues Romani effecti sint, *L. 17. D. de stat. hom.* sique omnis inter ciues et peregrinos differentia penitus sublata videatur: sunt tamen et hodie, qui iura ciuitatis, et cum his P. P. amittunt, ac in statum peregrinorum rediguntur, quales sunt banniti ex Imperio vel certa prouincia.

XC.

XC.

Patri quoque soli, non matri imperium civile, hodie
in liberos competit. Conf. supra §. LII. Mater enim non
potest pupillariter liberis substituere, sed solus pater, vti
responsum a Scabinis Lipsiens. Mensl. Iun. 1633, in causa An-
dere Losani zu Borna. **D. a. d. die Mutter ihren Kin-
dern zu recht nicht substituire mag.** Conf. CARPZ. P. III.
Conf. 8. Def. 16. Idem obtinet quoad vsumfructum, nam et
hunc patri soli exclusa matre hodie competere docet BRVN-
NEM. ad L. 6. et 8. C. de Bon. quae lib. CARPZ. Def. 7. 8. 13. P. II.
c. X. aliisque. Evidem olim a quibusdam praecipue RICH-
TER. P. I. Dec. XVIII. n. 7. sicut dubitatum, an non potius ma-
tri aequo ac patri vlusfructus in bonis liberorum in Ger-
mania tribuendus sit, propter Land. R. I. Art. II. Verum
hodie praxis certa et speciatim in Saxonia vetus illa dubi-
tatio expressa sanctione sublata est in Dec. El. Sax. LXII. verb.
Ordnen und sezen berowegen hiermit, daß die Mutter und
Großmutter den Vsumfructum in ihrer Kinder Vermö-
gen, wenn sie gleich die Vormundschafft verwaltet, auch
die Kinder mit nothdürftigen Unterhalt, bis zu ihrer Mün-
digkeit zu versehen erbdthig, zu fodern, oder desselben sich an-
zumassen nicht befugt seyn solle. Ita quoque iam olim
pronunciarunt Scabini Lips. Mensl. Maj. 1636. Ob nun
wohl etliche der Sächsischen Rechts-Gelehrten dieser Mey-
nung seyn, daß den Müttern die Vormundschafft ihrer Kin-
der und von den Gütern die Fruchtniesung zustehe, dieweil
aber dennoch nach gemeinen Kaiserlichen Rechten die Mut-
ter oder Großmutter sich des Vlusfructus in der unmündi-
gen Kinder Gütern nicht zu erfreuen, und gleichwohl an
keinen Ort in Sächsischen Rechten dasselbe ausdrücklich auf-
gehoben, noch ein anders verordnet, oder durch beständige
erweisliche Gewohnheit eingeführet, derowegen hierinnen
a dispositione iuris communis, bevoraus, weil dadurch der
Unmündigen bestes gesucht und befördert wird, auch auf

Sächsischen Boden nicht abzuweichen, zumahl weil den Vätern der Vlusufructus in der Kinder Gütern alleine iure pariae potestatis zustehet, welches Recht bey der Mutter und Großmutter in Vormundschafft ihres Enckleins sich in dessen Gütern der Fruchtneigung anzumassen nicht befugt. vid. STRYK v. mod. Tit. de pecul. §. 8. Exceptio est secundum statuta quarundam inferioris Saxonie ciuitatum, quibus ius verus Germaniae adhuc obtinet in Land-R. L. i. Art. u. expreßum, secundum quod nulla hic inter patrem et matrem admittitur differentia, sed utriusque vlusfructus in liberorum bonis aequo iure conceditur. De iure Lubecensi id obtinere tradit MEVIVS ad Ius Lubec. P. II. T. II. Art. 8. Idem etiam Hamburgi juris est secundum Artic. 3. et 5. P. III. Tit. 3. Quae enim de Patre disponuntur Art. 3. Stirbet einem Manne seine Chefrau, und er mit derselben Kinder gezeuget, die noch im Leben seyn; bleibet der Mann Wittwer, und siehet seinen Dingen recht vor, so mag er nicht gendthiget werden, bey Leben die Güter mit seinen Kindern zu theilen, jedoch soll er schuldig seyn, denselbigen nothwendige Alimenta, sowol auch, wenn es die Zeit und ihre Jahre erfodern, ein billiges Heyraths-Gut und Aussteuer, Gestalt und Gelegenheit der Güter nach, zu geben. Eadem in subsequenti Art. 5. praedicantur quoque de matre: Wenn auch der Mann Todes verfahren, und seine Chefrau samt einen oder mehr Kindern, so sie von ihm getragen, nachlassen würde, so lange dieselbe bleibet unverehliget, und wohl haushält, ist sie nicht schuldig mit ihren Kindern zu theilen, jedoch ist sie denselbigen nothwendige alimenta, so wohl auch, wenn es die Zeit und ihre Jahre erfodern, ein billiges Heyrath-Gut und Aussteuer, Gestalt und Gelegenheit der Güter nach, zu geben verpflichtet.

XCI.

XCI.

Neque indistincte in cuiusvis gradus liberos potestas patria hodie competit, sed regulariter sicut in liberos gradus primi, aequo ac de iure Romano diximus supra §. LIII. Soli patri hodie competit ususfructus in bonis liberorum, non regulariter autem pro quo. vid. supra allegata Decisiō Saxon. LXII. verb. *dem Vater einig und allein.* Similiter pupillariter substituere solus dicitur pater in *Const. Sax. VIII. P. 3.* verb. *da ein Vater ic.* Immo in *Dec. Sax. XLVII.* Ulteriorum graduum adscendentibus reuerentia sicut debet non patria potestas competere dicitur verb. *Nachdem aber in berührter Constitution er.* Quod autem apud Romanos nonnunquam etiam ulteriorum graduum adscendentes nepotes vel pronepotes in potestate habuerint, id, quia cum nuptiis peculiaris oeconomia plerumque coniuncta est, haec autem moribus patriam potestatem dissoluit, rarius apud nos eveniet. Quod si tamen contingat, ut post nuptias quoque filius cum patre habitet, et de bonis paternis vivat, nec quidquam a rationibus eiusdem separatum habeat; hoc casu et nostris moribus filium cum nepotibus in aui permansurum potestate, non est quod dubitemus.

XCII.

In liberos porro legitimos patria haec potestas, ut iure Romano, vid. supra §. LIV. ita et hodie tantum competit, id quod non tantum fori obseruantia et praxis quotidiana comprobant, sed illi etiam, qui patriam potestatem de cetero ab usu recessisse contendunt, non dissentuntur. Nisi quod in Saxonia non solum, qui post iustas nuptias eduntur, ut iure Romano, vid. L. 5. D. de in ius voc. L. D. de his quis vel alien. sunt iur. sed omnis etiam ante nuptias post sponsalia publica nati pro legitimis habeantur per Dec. El. Sax. 49. verb. Hierinnen nun auf etwas gewisses zu schließen, so ordnen wir, daß hinsichtlich in diesen Fall unter den öffentlichen und heimlichen Zusagen und Verlobnissen ein Unterschied gehalten werden soll, und zwar dergestalt, daß jene oder die öffentlichen an ihnen selbst richtig und er-

weiflich seyn, auch sich kein erhebliche Hinderniß oder vi-tium intrinsecum dabey befindet, daß die hernach vor der Trauung erzeugte Kinder als ehrliche und rechte Erben zu den Eltern Erb- und Verlassenschaft auf begebende Fälle zugelassen, die Eltern aber nichts destoweniger wegen ihrer Begünstigung nach Inhalt der Ehe- und Kirchen-Ordnung bestraffet werden sollen.

XCIII.

Denique haec, quam hodienum seruari probauimus, potestas ciuilis pluribus modis quam procreatione acquiritur, pluribusque quam morte finitur, aequo ac de iure Romano dictum est supra §. LVI. seqq. Et primo quidem quod attinet ad modos patriam potestatem adipiscendi; acquiritur ea hodie aequo ac apud Romanos per legitimationem, non quidem eam, quae fiebat olim per oblationem curiae vid. §. fin. I. de Nupt. L. 3. 4. C. de Natur. Lib. Nou. 89. C. 2. haec enim, cum curiarum nostrarum longe diuersa hodie fit ratio, penitus exsoleuit, bene autem quae fit per subsequens matrimonium, vt testatur sicque pronunciatum refert CARPZ. P. II. C. VI. Def. 12. 15. STRYK. in VS. Mod. L. I. T. VI. §. 9. seqq. B. MENCK. in Tractat. Synopt. Pand. ad Tir. de his qui sui vel al. sunt iur. p. 12. Immo liberi hoc modo legitimati veniunt sub nomine derer Vollbürdigen Kinder derer Eltern zu Kirchen und Straßen gegangen. Pari ratione legitimatio per Principis rescriptum hodie in usu est, quamvis epim haec veteri iure Germanico incognita fuerit, de eius tamen obseruantia hodierna inter alia testantur praediicia apud HOPP. in VS. hod. ad §. fin. tit. Inst. de Nupt. Conf. GARPZ. P. II. Conf. 6. D. 16. 27. TITIVS in Iur. Priu. L. VI. C. 13. §. 4. BERG. in Oecon. Iur. L. I. T. III. §. 13. n. 6. seqq. Vslum huius legitimatis hodiernum, satis etiam loquuntur Comitiuae Comitum Palatinorum per quos Imperator mediate hos actus plerumque exercet, quibus potestas illegitime natos natalibus restituendi conceditur. Atque hoc modo legitimati aequo ac per subsequens matrimonium omnia iura legitimorum consequuntur, et ad collegia opificum,

ficut, vt ex legitimo matrimonio suscepiti admittendi sunt. Hoc interim singulare est, quod nulla hodie inter liberos naturales et spurios attendatur differentia. Postquam enim iure Canonico et in Saxonia per *Ordin. Politic. d. a. 1577. Tit. 26.* omnis extra matrimonium coitus aequa sit interdictus, omnium extra matrimonium natorum eadem quoque conditio est, omnesque citra distinctionem hodie legitimantur. Praeterea legitimatio hodie etiam operatur ius patriae potestatis. conf. B. MENCK. in *Tract. synopt. Pand. Tit. de his qui sui vel al. sunt iur. p. II. BERG. Oecon. iur. L. I. T. III. §. 13.* Legitimati enim omnia iura legitimorum adipiscuntur, nihilque a legitimis differunt, vt probat sive a Camera Imperiali iudicatum refert CARPZ. P. II. c. VI. D. 15. conf. TITIVS in *Iur. Priu. L. VI. c. XIII. §. 6.* et sic patriae quoque potestati subsunt aequa ac ex legitimo nati matrimonio. Nisi, quod hodie licet, legitimari se curent per Principis reseratum patribus inscis aut inuitis, quo casu ratione extraneorum pro legitimis quidem habentur, non vero ratione patris, cui per legitimationem citra eius consensum contingente, nec ius acquiri potuit nec obligatio.

XCIV.

¶ Per adoptionem quoque plenam et arrogationem hodie consequimur patriam potestatem. conf. supra cit. §. LVI. Evidemt adoptionem iura prorsus hodie in usu non esse contendunt GROENEWEGEN de *LL. Abrogat. ad I. Tit. de Adopt.* GVDELIN. de *Iur. Nouiss. L. I. c. XIII. CHRISTINA EVS Vol. IV. Dec. 180. n. s.* ex rationibus tamen parum firmis. Quod enim, quos hodie in locum alumnorum assumimus, adoptui non sint, nec potestati nostrae subiciantur, verum quidem est, inde tamen non sequitur, adoptuos in verorum liberorum locum adsciscere hodie non licere. Nec maioris roboris alterum est argumentum, quod leges Germanicae tam communes quam prouinciales et statutariae de iuribus adoptionum sileant. Hoc enim si vel maxime esset, certe usum iuris Romani in Germania non tolleret. Iura Romana certe in subsidium esse recepta, fatentur omnes, ad ea igitur, tacentibus legibus patriis, erit recurrendum, et sufficit, adoptionem legibus nostris non esse abrogatam.

I 3

Deni-

Denique falluntur quando adoptionum iura in Germaniam nunquam esse recepta somniant, quippe quae iam ante usum legum Romanarum Germanis non fuere incognita, de Carolo M. refert PAVLVS DIACONVS L. VI. de Gestis Longob. quod filium suum ad Luitbrandum miserit, ut eius iuxta morem capillum sumeret, isque filii caesariem incidens eius pater factus fuisse. Immo si vera est Doctorum et ipsius glossae interpretatio speculi Saxonici, L. II. Art. 30 expressa quoque lego adoptionum iura in Germaniam sunt introducta. Accedit quod ipse Carolus M. fanciuerit: Qui filium legitimum non habuerit, et alium quemlibet heredem sibi facere voluerit, coram comite, vel coram Rege et Scabiniis, vel missis dominicis, qui tunc ad iustitiam faciendam in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat. vid. Leges Longob. L. II. T. 16. et Capit. Carol. L. VI. cap. 207. Quae cum ita sint, mirum non est, quod postmodum introductis in Germaniam Romanis legibus, haec etiam de Adoptionibus doctrina usu fuerit comprobata. Secundum ius Romanum in adoptionum materia iudicatum refert RICHTER. de Success. ab Intest. Sect. I. Membr. III. n. 10. HAHN. ad Wesemb. Tit. de Adopt. n. 6. Ita quoque a Facult. Francof. pronunciatum Mens. April. 1674. ut tradit HOPP. in comment. ad Princ. I. de Adopt. in us. bod. nec non anno 1673. Mens. Mart. STRYK teste in us. mod. Tit. de Adopt. §. 4. Exemplum adoptionis, quod contigit circa annum 1689. idem refert STRYK. ad Tit. de cap. minut. §. 6. Denique iura adoptionum hodie esse salua, conspicitur ex potestate adoptandi comitibus Palatinis in Comitiis concedi solita. vid. STRYK. in us. mod. ad Tit. de adopt. §. 3. Nec non quoad Saxoniam ex Ord. taxar. d. a. 1712. vbi, quantum iudici pro confirmatione adoptionis debeatur, determinatum est, n. 69. nec non e mandato de charta signata, quo in adoptionibus sedecim grossorum plaga adhibenda iubetur, quod certe sanctum ita non fuisse, si adoptiones legibus nostris essent abrogatae,

XCV.

Hactenus de ratione patriam potestatem acquirendi, sequuntur modi eam finiendo eorumque usus modernus. Et

Et primo quidem iure Romano patriam potestatem finiri diximus modis omnibus, quibus soluitur ius ciuitatis Romanae vid. §. LIX. Cum enim haec potestas solis ciuibus Romanis propria sit, hinc amissio iure ciuitatis ius quoque P. P. amittitur. Quamuis vero hic imperium paternum finiendi modus hodie in vsu non sit, apud ipsos tamen Romanos iam olim in vsu esse desit, postquam Imperator Antoninus in L. 17. *D. de Statu hominum* ius ciuitatis Romanae cum omnibus, qui in orbe Romano sunt, communicauit, omni qui inter ciues est et peregrinos differentia penitus sublata, ut adeo nec hic quicquam dici possit moribus immutatum. Iuxta §. LIX. potestas patria soluitur quoque per venditionem liberorum, vel expositionem infantum fanguinolentorum. Cessat quidem moribus nostris et hic modus, sed obsoleuit quoque iure Romano prohibita venditione et expositione infantum sub Imperatoribus vid. supra §. XXVII. et XXXII. seqq. Quid si interim pater etiam contra legum prohibitionem sibolem suam exponat, eum quoque iura patriae potestatis hodie amissurum nullus dubito ob rationem L. 2. *C. de Infant. Expos.* quod nemo suum dicere possit, quem pereuntem contemnit. Tertius modus quem cit. §. LIX. nominauimus, adoptio est. Hanc autem obsoletam non esse modo probauimus §. praeced.

XCVI.

Sequitur emancipatio, de qua supra eodem §. LIX. Hanc vero moribus hodiernis praeprimis Germanorum in vsu non esse tradunt Doctores, qui patriam potestatem prorsus obsoleuisse contendunt superius a nobis aliquoties citati. Enim uero et hic mores nostros a legibus Romanis parum aut nihil discrepare, concors aliorum DD. opinio est. De praxi emancipationis hodierna testatur CARPZ. *P. III. C. 8.* *D. 16.* eiusque effectus examinat ID. *P. II. C. 10. D. 5.* Quid quod priscis Germanis etiam ante receptionem iuris Romani emancipationem incognitam haud fuisse coniicio ex Spec. Sax. *L. II. Art. 19.* verb. Der Vater mag seinen Sohn wohl von sich sondern mit ichtwas eines Guthes vor Gericht. Item

Item Ius Bauar. Tit. III. verb. Wenn der Vater oder Ahn-
herr seinen Sohn oder Enkel vor offenen Gericht mit nehm-
lichen klahren und ausdrücklichen Worten aus seiner väter-
lichen Gewalt lässt, und ihm frey macht mit sein des Soh-
nes oder Enckels willen &c. Cum dictis legibus conspirant
quoque mores hodierni. Exemplum expressae et judicialis
emancipationis se obseruasse refert *Perill. de BERGER in
Oecon. iur. p. m. 156.* ex Archiuo Senatus Longofalissensis,
quo Iohann. Frider. Engelschall. d. 27. Octob. 1705. filium
suum Henric. Fridericum coram dicto senatu emancipasse
traditur, filio emancipationem ad interrogationem senatus
acceptante. Similis casus meminit *BO CER. Claff. I. Disp. 13.*
Thes. 29. Exemplum quoque famosum Ludouici comitis
de Loewenstein, qui anno 1587. filios suos solenniter et iu-
dice coram tribunal sedente emancipauit, habet *FRIDERI-
CVS PENSOLDVS in addit. ad Matthiae Coleri Dec. 222. n. 2.
et 17.* Similiter comitis cuiusdam Friesiae orientalis et Eber-
hardi a Freiberg. vt et comitis Bentheimensis, mentionem
facit *KVLPI SIVS de Adopt. et Emancip. Princip. §. 18.* Alios
complures casus refert *EY BEN. Obseru. Theor. Pract. ad Inst.
Disp. 3. obseru. 13. BEVERVS* quoque plurima emancipationis
exempla se obseruasse memorat. in *Specim. Iur. Germ. L. 1. c.
26. §. 54.* Denique vsum emancipationum loquuntur comiti-
tiae, quibus comitibus Palatinis potestas emancipandi ab
Augustissimo Imperatore concedi solet. conf. *STRYK. ys.
mod. Pand. ad Tit. de Adopt. §. 3.* Speciatim in Saxonia eman-
cationum iura obtinere probat Mandatum Elect. de char-
ta signata de Anno 1710. nec non Ord. Tax. Sax. n. 69.

XCVII.

Vltimus denique, quem cap. praeced. memorauimus,
patriam potestatem soluendi modus, dignitas est filii,
conf. §. LXI. De cuius ysu hodierno vt breuiter dicam: ea
dignitas, quae apud Romanos a patria potestate non li-
berabat, vt militaris, senatoria etc. ea nec liberat
hodie, quae vero liberabat iure ciuili, vt summa pa-
triciatus, omnisque a Curia eximens, ea et hodie tollit
patriam

patriam potestatem. Cum enim nulla lege aut consuetudine in Germania contrarium introductum, dubium non est, quin silentibus legibus patriis consulenda sint iura Romana. At enim vero quaenam est ista summa patriciatus dignitas, aut a curia liberans, aut cum quibus illa hodie comparari potest? sane cum curiarum nostrarum et dignitatum longe diuersa sit ratio, quaenam hodie dignitates a patria potestate liberent, dictu difficile est. Interim in eo Doctores fere omnes consentiunt, hodie a patria potestate libera rare dignitatem intimorum consiliariorum Imperatoris ut et Principum, nec non dignitatem Episcopalem. An vero etiam dignitas Doctoralis? ita videtur quibusdam, sed negatiua verior est, neque enim lege expressa Doctores parentum potestati eximuntur, neque doctoralis dignitas cum iis, quae iure Romano patriam potestatem soluebant, villo modo comparari potest. In quam sententiam pronunciauit quoque Facult. Iur. Lips. M. April. 1716. in caus. I. H. K. Dennoch aber und dieweil Beklagter beygebracht, daß er an noch unter väterlicher Gewalt sey, dieselbe auch dadurch, daß er den Gradum Doctoris angenommen, und aduocire, so schlechterdings nicht aufgehoben worden. et in similem modum pronunciarunt quoque Icti Wittebergenses eadem in causa M. Septemb. 1716. Alldieweil Beklagter, daß er noch zur Zeit sub patria potestate stehe, zur Gnüge beybracht, hies nebst die Dignitas Doctoralis kein modus soluendi patriam potestatem ist, die väterliche Gewalt auch dadurch, daß Beklagter bisanhero aduociret, ebenmäig nicht aufgehoben worden. et ita responderunt quoque Scabini Lipsienses M. Augusti 1716. ad Consult. I. H. K. Und also das gnädigste Rescript wegen derer Personen, die Gradum Doctoralem allbereit erlanget, die Regel derer gemeinen Kaiserl. Rechte, vermöge deren dergleichen Dignität die väterliche Gewalt nicht aufhebet, keineswegs corrigiret, vielmehr in diesem Puncte confirmiret.

XCVIII.

